



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Consultatio. XXX. Corona: ubi agitur de Coronatione SS. Virginis, quæ  
etiam ets conclusio & corona totius hujus operis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

plum, & sequere illud, si ve-  
rè devotus es Sanctissimæ Virgi-  
ni: Benedic te Deus æternum,

si inchoaveris & continuaveris  
hoc exercitium, quod om-  
nino Sanctum est.

## CONSULTATIO XXX.

*Corona, ubi agitur de Coronatione Sanctissima  
Virginis, qua etiam est conclusio & Corona totius Hu-  
jus operis.*

**V**aledicere volebam  
Charitativo meo  
Ductori, qui de-  
duxerat me sem-  
per, mihiq[ue] ad-  
diderat animos  
mox ab initio intineris, quod su-  
scipi, ut cognoscetem vastissimam  
amplitudinem excellentiarum San-  
ctissimæ Virginis. Sperabam à  
principio, me facile cognitum  
illas, favente insigni doctrinâ, quâ  
noveram pollere ipsum; saltem  
confidebam, visurum me illarum  
præcipuas, quarum pulchritudi-  
dinem exin considerare possem  
præ commoditate meâ; sed deinceps  
expertus sum, spem meam  
fuisse vanam, nimiumque debiles  
meos oculos ad supportandum tan-  
torum solium splendorem. Si  
quidem verum est, modicum hoc,  
quod exin videre potui, esse ferè  
nihil in comparatione cum rebus  
tut alijs perquam pulchris; quas  
non nisi admodum à longè perce-  
pi, quæque me, cum viderentur

mihi velut ignes Montis Vesuvij,  
nec Montis Ætnæ, quibus appro-  
pinquare audet nemo, ne forte  
consumatur, tam magno, sed &  
quo perculserunt timore, ut abire  
illas permiserim, admirando tan-  
tum easdem, & maluerim hono-  
rare illas venerabundo silentio,  
quàm profanare discursu humili &  
abjebo, sicut cum cæteris feci, ubi  
non immetitò vereor, me debitâ  
reverentiâ prosecutum non fuisse  
tanti Majestatem argumenti.

Interim aspiciens me, ut cre-  
debam, ad metam itineris mei,  
persuasus, quod amplius sequi non  
possem Sanctissimam Virginem,  
et quod cœlum rapuerit illam ex  
inferiori hoc mundo, putabam  
aliud mihi amplius agendum non  
restare, nisi ut applauderem ipsi  
de summa, quâ replebatur, felici-  
tate, meamque possiderem ani-  
mati in pace contemplando pa-  
cem Animæ ipsius. Et hinc am-  
plius nil meditabat, nisi grates re-  
pendere illi, qui tot bona mihi

D d d d d' u im-

impedit obsequia, ut prolequerer ipsum & quissimam gratiam animi significatione, antequam separarer ab illo.

Sed, inquit mihi, tempus non est subsistendi in itinere tam jucundo: Nondum aspexisti id, quod est præcipuum, nec id, quod magis est magnificum inter excellentias Sanctissimæ Virginis. In tueri oportet triumphalem ipsius in cœlos ingressum; assistere oportet splendidissimæ coronationis ipsius Cærimoniz: Quacunque tibi visa sunt hucusque magna, comparari non possunt cum ijs, quæ restant adhuc videnda: Et desuper paucorum verborum complexu depinxit mihi tam splendide Majestatem gloriae ipsius, ut credere audire me Angelum è cœlo, existimans possibile non esse, ut quisquam loquatur ita de prodigijs Regni Dei, abs eo, quod coepit illa.

Experiebat tunc congerinari in me reverentiam ac veneritionem, quæ semper prosecutus sum ipsum, & dicebam illi: Vestrum est, ô Beati Spiritus ( ex horam enim numero esse credebam Doctorem & Doctorem meum ) vestrum est contemplari Sanctissimam Matrem Dei in plena meridie ipsius gloriae; sed nimium est pro nobis miseris terræ verniculis, qui non nisi reptamus hic in pulvere; nostrum non est attollere Caput, vel aperire solummodo oculas ad aspiciendum cœlum;

quid enim nos scimus, ejusmodi cœlum Empyreum continet rotas? provolvana me humi, & provocatus manebo ad pedes ipsius: sed elevavit, mihique addens animum dixit: Constans esto, nec metue; probè id novi; sed deducam te ( saltem in Spiritu ) ad aspiciendum visionem hanc magnam, quæ demonstrata fuit Sancto Joanni in Apocalypsi: *Signum magnum in cœlo, Mulier amictus sole.* Videbis Sanctissimam Virginem omni resplendentem Majestate, exaltatam in Throno dignitati Matris Dei consentaneo, coronatam sideribus cœli, totam amictam splendoribus solis, rotamque circumfulam magnificen- tijs Regni Dei.

Deferamus terram, & abjicia. Quomodo mus è manibus nostris cunctas terram caducarum imagines; sit mens nostra pura, tranquilla, attenta & intenta, ut sit idonea ad recipiendum idæas pulchritudinum cœli, quæ incomparabiliter transcendunt ea omnia, quæ conspicuntur in terris: & ideo recollige te, ora paulisper, & cogita, aspiciendas non esse res cœli eodem oculo, quo aspiciamus illa terræ; nec cogitandum aut loquendum de Matri Dei, uti fieri posset de cunctis alijs creaturis: Obedio; & cum paululum secessisse, mansi aliquando in silentio; quod ipsum fecit & ipse; & exin, ecco quid mihi locutus sit.

ARGU.

## ARGUMENTUM.

*Multitudo & pretiositas Coronarum Sanctissima Virginis constituant pulchritudinem Triumphi ipsius.*

## ARTICULUS I.

**L**EVA oculos ad contemplandum excellentiam Triumphi Sanctissimæ Virginis in Assumptione ipsius; & aspicies ipsam totam resplendentem gloriâ totam refertam magnificientiis, totam circumfusam Coronis. Interrogas, unde haec omnia proficiuntur in ipsam? Quis exstruxit ipsam omni hoc magnifico apparatu? Dicetur tibi; Filium ipsius Unigenitum JESUM Christum. Sed occurat excipere is ipsam voluit tanto cum honore, cum videatur ipsam fuisse, quæ humiliaverit & redigerit illum in summas miseras?

Considerando totam Econsumaciam ac dispositionem Mysterij Incarnationis, ubi Sanctissima Virgo fuit agens & causa efficiens unam cum Sancto Spiritu, non videbis nisi longam quandam seriem tam barbaratum ac crudelium acceptiōnum, humiliationum, expoliationum ac miseriarum, quibus oppreserunt Majestatem Filii Dei, ut illæ sint visibilis quedam & manifesta imago infinitarum injurarum, quibus peccatum inviolabiliter proscindit & sauciat Deum. Siquidem imprimitis suprema ado-

randi hujus verbi magnificentia non solum deprimitur & humiliatur, sed exinanitur juxta phrasim Sancti Pauli Apostoli: *Seipsum exinanivit*: Secundò supremus hic mundi Monarcha, quem cœli cœlorum capere non possunt, conspectus fuit captivus, angusto & obsecro inclusus Gancere, ubi se notabili admodum tempore detentus fuit. Tertiò expoliatus est omni suæ gloria splendore, ut conspicendum praberet se mundo velut paupertatum inter homines. Quartò abvelati sunt ipsi oculi; & patrum abest, quin dicam, execratus est, ut ejusmodi formaret gressus, qui totidem videbantur satuitates oculis sapientum hujus mundi. Quintò expoliatus est omnibus thesauris suis, & hic Omnipotens totius universi Dominus in tantum redactus est paupertatem, ut coactus fuerit mendicare panem suum. Sextò exutus est honoribus omnibus voluptatibus, omnibus delicijs vita humana, ut obrueretur miseris & amaritudibus, quæ nutritent ipsum pane lacrymarum atque dolorum. Septimo passus est perlecentes, injurias, calumnias, accu-

D d d d d 3 fatio-

tationes, sententiam mortis, & quidem mortis non minus probrofa. Unico verbo, si consideretur tota series Incarnationis Salvatoris nostri, videre hic est nonnisi injusticias, nonnisi indigfissimas acceptiones Majestatis Dei.

Nihilominus ad statum hunc redigit ipsum Sanctissima Virgo per Nativitatem ipsius temporalem: siquidem Deus Pater nonnisi magnificentias confert ipso, per Nativitatem ipsius eternam, sed Sanctissima Virgo conspicans cum Spiritu Sancto, & Spiritu Sanctus cum illa, redegerunt ipsum velut ad nihilum, vescicando illum carne humana: Si quis elius, quam Spiritus Sanctus, qui infinitus est amor, & si quæ alia, quam Sanctissima Virgo, quæ Mater est pulchra dilectionis, excucissent ejusmodi Levitem in proprium Filium Dei, crederetur, has suisse affectas, quæ punire satis non potuissent ab omnipotenti brachio Dei; sed amoris admiranda prolsus est indeoles! quidquid oritur ex eo, tam acceptum est Deo, ut maximæ injuria, & ipsamet mors ipsi sint delicia, séque ex eo ipse se obligatum agnoscat, quando injuria proficitur ex amore divino.

Hoc est, quod Sanctum Bernardum rapuit in admirationem, dum exclamat: O amoris vim! quid violentias? de Deo triumpfat Amor. O Amor divine! quanta est potentia tua? tu super-

rasti Omnipotentem, tu protessi illum, expoliasti, ad finum redegisti impotentiam. Admiror, quod ita ipsum accipiendo acceptus sis ipso, tu reples ipsum honore, gatido, magnificentia, ita ut nunquam conspectus sit magis gloriatus extra seipsum, quam per omnes humiliations Mysterij Incarnationis & Redemptionis hominum. O Amor Omnipotens, Amor infinite, quam admiranda tua est indeoles! quam incomprehensibilia sunt consilia tua! tuæ savitæ sunt deliciae, tua temerata sunt fomenta, tua supplica sunt beneficia, tuæ humiliations splendoris sunt gloriae, tuæ expiations sunt divitiae, & tuæ vindicationes sunt splendidae: Sic Amor vindicat.

Sanctus Petrus Chrysologus considerans, quâ ratione optimus ille Pater receperit Filium suum prodigum revertentem in domum suam; quodque in mulctam omnium injuriarum sibi factarum, amor paternus nunquam non in corde ipsius dominans, coegerit illum, ad amplectendum ipsum affectuolissime, est restituendum quoque eundem illicè in possessionem hereditatis suæ, exclamatus abreptus gaudio, ad intuitum spectaculi tam inusitatii: Sic Amor vindicat! Itane ergo se vindicat amor? itane obruit beneficijs illum, à quo est obrutus injurie? Vellem lübens inscrere hæc verba

ori

ori Salvatoris mei, JESU Christi: Divina hæc Maiestas, an nihilata in utero Sanctissima Virginis, induita carne passibili etque mortali, dicere posset: Malè acceptus sum, sustinui omnem violentiam, que sub amoris pondere ac potentia sustineri potest; triumphavit de me amor, quomodo voluit; horum omnium culpam & causam conjicio in Matrem meam, quæ in statum tam miserabilem & abjectum rededit me; siquidem sine illâ forem impassibilis; vindicabo me adversus illam, sed ratione, quâ se vindicat amor.

Quot sustinui injurias, tot suam de illis vindictas. Inprimis, quia humiliavit me, méque constinxit uteri sui ergastulo, exaltabo illam super Thronum altissimum gloriae; *Sic amor vindicat.* Secundò, quia exsoliavit me mæ splendoribus gloriae, méque despiciibili induit secco, in quo velut peccator apparui, ipsam volo totam amictam esse sole, & resurgere perpetuò mæ splendoribus Divinitatis; *Sic amor vindicat.* Tertiò, quia excœcavit me, me que rededit eò, ut facerem tanta ac talia, quæ habita fuere coram sapientibus mundi, velut fatigates ac infanæ, introducam ipsam in thesauros infinitæ mæ sapientiae, & sapientissimam esse volo ipsam in universo Regno Dei; *Sic amor vindicat.* Quartò, quia ligavit mihi manus, mæcumque de-

jecit omnipotentiam usque ad infirmitatem Infantis, vindicabo me, & dabo illi tam absolutam atque perfectam in Imperio meo potestatem, ut de oranibus, quomodo voluerit, possit disponere, suæque omnia subjecere potentiaz, à celorum vertice, usque ad abyssum inferni: *Sic vindicat amor.*

Quintò, quia exxit me omnibus meis divitijs, méque in paupertatem adduxit velut vermiculum terra, inducam ipsam in possessionem omnium thesaurorum meorum, ita ut velim omnes mæ coronas pertinere ad ipsam, ipsaque disponere possit non solum de omnibus bonis meis, sed de me ipso pro suo arbitrio: *Sic amor vindicat.* Sextò, quia omnes subduxerunt mihi voluptates, méque nutritivit pane doloris & amaritudinem vitæ mortalis; degustandos præbebo illi dulcores vita æternæ tantæ cum abundantia, ut semper sancte futura sit ebria à delicijs & voluptatibus Domus meæ: *Sic amor vindicat.* Et tandem ut sumam de ipsa sumam ultionem, cum fecerit me mortalem, faciam ipsam immortalē; cum ipsa me expulerit contemptibus hominum, exponam ipsam perpetua veneratiō Angelorum; Cum, quod accepi ab ipsa, non nisi spoliū fuerit & præda mortis, quod ipsa accipiet à me, erit fons vitæ immortalis, vitæ divinæ, vitæ beatæ in omnem æternitatem: *Sic a-*

*mor*

Septem  
vindictæ  
amoris,  
qua corre-  
spondent  
Septem in-  
jurijs, qui-  
bus ille af-  
fecit JE-  
SUS Chri-  
stum.

*mor vindicar. Ecce ipsius mentem, jam ceperit consilium, aspice deinceps ipsius executionem, & probè considera, quantà effluat Mater hæc Admirabilis gloriæ abundan-*

*immenitate sit locuplerata, & quantis quācumque pretiosis sit circumsepta corona; si hæc videris, videbis aliquid magnificentiasum Assumptionis ipsius.*

\* \* \*

## ARGUMENTUM.

### Prima Corona Sanctissima Virginis; Ele- vatio sublimis Throni ipsius.

#### ARTICULUS II.

Quid in-  
telligitur  
per eleva-  
tionem  
Throni in  
celo.

**Q**uando loquitur de elevatio-  
ne aliquius Throni in glo-  
riæ, id non consistit, ut  
collocetur in loco quodam subli-  
miori; sicutdem locus respicit cor-  
pus, & non animas; & Thronus  
non significat sedem & cathedram  
quandam materialem, in qua re-  
sideat corpus. Elevationes in celo  
spirituales sunt & divinæ, alterius-  
que conditionis, quam illæ corpo-  
rum: Illæ, qua concernunt ani-  
mas, attollunt ipsis supra omnia  
circumferentiam locorum, usque  
in ipsam itinerariatem Dei, qua  
terminum non habet: Tantò sub-  
limior est anima, quanto plus ha-  
bet similitudinis cum Majestate  
Dei; qua propius accedit ad per-  
fectiones ipsius, & infinitam ipsius  
magnitudinem & excellentiam, est  
sublimior. Quando igitur dicimus,  
Sanctissimam Virginem esse Thro-  
num Dei in celo Empyreo, dicere  
volumus, ipsam proximè accedere  
ad sanctitatem & omnes perfectio-

nes Dei, & ex hoc sublimis ef-  
fulgere ipsius gloriam. Sed qua  
ratione concepi & intelligi potest  
sublimis hæc elevatio. Ecce tibi  
illarum aliquam, qua hæc in te te-  
mulum juvare poterit.

Audi Ecclesiam, qua applaudens  
gloriæ Triumphi ipsius, plena  
modulatur voce in Festo Assum-  
ptionis ipsius: *Exaltata est Sancta  
Dei Genitrix super Chores Angelo-  
rum ad cœlestia regna.* Hac super  
te plures celebrant Theologi,  
pluresque Sancti Patres discutunt  
egregie, ut suum attollant animos  
velut per gradus, usque ad subli-  
mitatem Throni Sanctissimæ Vir-  
ginis: Et ecce aliqua principia,  
quibus firmant & stabiliunt suos  
discursus.

In primis certum est, quod ubi-  
cunque est ordo, ibi sit labordi-  
natio; sicutdem in hoc consistit  
Essentia ordinis; qui aliud non est, sublimis  
quam dispositio rerum secundum Elevatio  
prius & posterius: Non est ordo,  
sed

Indist. sed confusio & turbatio in rebus,  
ex Virgi- si dispositae non sint hæc ratione,  
ali. ut unaquæque sit in loco & gradu  
suo, minus vel magis sublimi, jux-  
ta suum meritum. Jam dubitari  
non potest, quin omnes novem  
Angelorum Chori, & tres Hierar-  
chiz, quibus dividuntur, in pul-  
cherrimo dispositi sint ordine; o-  
potret igitur inter ipsos esse sub-  
ordinationem, quæ facit, ut unus  
æqualis non sit alteri, sed omnes  
& singuli transcendent alios in per-  
fectione, in dignitate, in gloriâ. Et  
hæc mysteriosa Jacobi Scala est, in  
quâ is videt ascendere Angelos: Qui-  
libet scalæ gradus particularē suum  
obtinet locum, aliis quidem suum  
tener supra primum; & aliis supra  
hunc & aliis adhuc supra, in pro-  
portionatâ quadâ inter se distantia.

Omnes  
Angeli  
sunt inter  
se subordi-  
nati.

Primus est paulisper elevatus à  
terrâ: Secundus altero tanto ma-  
gis, & tertius tertio tantò magis,  
& quartus quater tantò magis, &  
quintus quinques tantò magis à  
terrâ est elevatus; sic de sexto, sic  
de decimo, sic de centesimo, sic  
de omnibus alijs, usque ad altissi-  
muu: Et omnia hæc, quæ sunt in  
ordine, sic collocata sunt in sub-  
ordinatione. Cùm ergo dubitari  
non possit, quin Deus disponuerit  
omnes cœlestes Intelligentias, om-  
nes sunt in tali subordinatione, ut  
nullus Angelus sit alteri æqualis;  
sed unus semper perfectior & sub-  
limior in gloriâ altero.

Sanctus Thomas docet, quod

R. P. Isaac, Consultat, Tom. III,

impossibile sit, duos omnino esse D. Thom:  
æquales; imò dicit & docet libertè, I. p. q. 42.  
quemlibet specie differre ab altero;  
quod est, ac si dicat, tantam esse  
differentiam inter Angelum & An-  
gelum, quanta est inter bestiam &  
hominem. Res sanè consideratu  
stupenda est, quod supremus Crea-  
tor produxerit tot millionum mil-  
liones Angelorum, & hos omnes  
diversos specie, quorum unus sem-  
per nobilior sit altero: Sed nihil  
impossibile est Omnipotenti. Ecce  
igitur primum principium, quod  
Theologi ponunt velut indubita-  
tum; Et est subordinatio quædam  
in omnibus Angelis.

Secundum est, quod illotum Luc. 15.  
numerus tantus sit, ut non solum I. Cyillus  
transcendat illum cunctorum ho-  
minum, qui extiterunt, qui exi-  
stunt adhuc, & qui existent usque  
ad finem sæculorum, sed tantum  
transcendat illos, quantum nume-  
rus nonagesimus nonus transcendit  
unicum solum. Id deduci potest Numerus  
è parabolâ, quam resert Sanctus Angelo-  
rum centesimus Lucas de ove errante, quam San-  
ctus Cyrillus, & alij patres ita ex-  
ponunt. Unica ovis errans est to-  
tum genus humanum, quod erat  
perditum recedendo ab obedientiâ  
Dei in personâ Adæ; Bonus Pastor  
venit inquisitum ipsam in deserto  
hujus mundi, ut supra humeros  
suos reportaret illam ad gregem &  
in ovile; Et nonaginta novem  
sunt Angelii, qui non peccaverunt.  
Vide, quantum illorum numerus

Ecccc

ex-

excedere debeat numerum hominum.

D. Thom.  
ubi supra.

Sed quod magis stupendum est,

S. Thomas post Sanctum Dionysium Areopagitam, qui duo testes sunt auctoritatis maximæ in Ecclesiæ post Apostolos & Prophetas:

Arcopag.  
de Hier-  
arch. Ec-  
clesiast.

Hi duo pro certo tenent, numerum Angelorum tam esse prodigiosum, ut non solum transcedat illum cunctorum hominum, sed illum omnium animalium in terra, omnium volucrum in aere, omnium piscium in mari, omnium astrorum in celo, omnium arborum in Sylvis, & universaliter omnium individuum naturæ corporalium.

Prodigiosa  
multitudo  
Angelo-  
rum.

Ralis: Rationem hujus assertunt, quod, quanto res proprius accedunt ad magnitudinem infinitam Dei, tanto plus ex illâ participant, tantoque majores sint omnibus modis, quibus esse possunt, id est in numero, in dignitate, & in omnibus, quæ magnam reddere pos-

sunt aliquam creaturam: & quanto magis remotæ sunt à magnitudine Entis Entium, tanto magis accedant ad nihilum, tantoque plus participant ex illius vilitate, siveq; res parvi valoris. Jam natura Angelica est creatura, quæ proximus accedit ad esse Dei, eoque sit spiritualis, æterna, incorruptibilis; & contra natura corporalis magis distat & recedit ab eo, eoque sit materialis, & materia summa propinquæ & vicina sit nihilo. Et ex hoc optimè deducunt, verum igitur esse, numerum Angelorum esse majorem illo omnium individuum Naturæ corporalis.

Positis his duobus principijs, velut fundamentis solidis; quibus superaedificant discursum suum; ecce, quæ ratione attollant illam (nempè Sanctissimam Virginem) per gradus, usque ad altitudinem omnino incomprehensibilem.

### §. Unicus.

#### *Scala spiritualis, per quam ascendendum est ad Thronum Sanctissima Virginis.*

**A**udio Ecclesiam cantantem in triumphali Sanctissimæ Virginis Assumptionis Feste: Exaltata est Sancta DEI Genitrix super choros Angelorum ad cœlestia regna; & recipio hanc veritatem velut articulam fidei meæ. Annuntiatur ipsa paucis quidem verbis, sed dum penitus considero, quid

significet, intueor magnitudines; quæ absorbent totum animum, quæque in infinitum excrescere mihi videntur: Siquidem ex una parte scio, numerum Angelorum transcendere illum omnium individuum naturæ corporalis, qui innumerabilis mibi videatur; ex altera parte novi, non esse hanc

Hanc multitudinem quandam confusam, qualis esset cumulus quidam arenæ; sed ipsos omnes collocatos esse in ordine tam pulchro, ut alij transcedant alios in excellentiâ & gloriâ; Aspicio igitur illos, velut ingentem aliquam scalera, cuius gradus excurrunt quasi in infinitum: Non inveniam antem hic elevationem Throni DEI, id est, sublimitatem glorie Sanctissimæ Virginis, nisi transfero hæc omnia, eoque verum sit, exaltatam ipsam esse super omnes Chorus Angelorum.

*Premio ad-*  
nus, ut  
illuc  
ascendatur,  
qui jam at-  
tollit in  
sublime;  
O DEVS! ad quam prodigio-  
sam sublimationem deducit te hæc  
scala, si sequaris illam, hicque sic  
num tenere te possis, circa quod  
ascendent circumagatur tibi caput  
vertigine! Incipe ab Angelo no-  
vissimo, & cogita ipsum possidere  
unum gradum glorie dignum An-  
gelò Beato; ascende ad secundum,  
& videbis altero tanto ipsum plus  
habere; ascende ad tertium, &  
tertio tanto plus habebit; sic de  
quarto, & de quinto, & de sexto,  
& de omnibus alijs, quorum qui-  
libet super altero sublimior erit  
aliquo gradu: Numeras sic succes-  
sive illos, unumque post alterum,  
& semper sic creceré in animo  
tuo gradum sublimorem ipsorum  
glorie: An comprehendere potes-  
tis, quanta futura sit sublimatio  
gradus centes millesimi? Immo-  
rare hic paulisper, & explora in-  
tellectum tuum, ipsumque inter-

roga, an id bene intelligat: Eheu!  
jam est confusus & perturbatus, &  
nihil capi, nec intelligit ex eo;  
eoque Angelorum tam ingens sit  
numerus, ut transcendat omnia in-  
dividua Naturæ Corporalis.

Nihilominus novum adhibe co- secundus  
natum, & semper numerans illos adiutori, qui  
successive, unumque post alterum, magis ad-  
vide an asséquiri & comprehendere huic attol-  
poteris sublimationem centies mil-  
lies millesimi? quâ ratione inqui-  
es? hoc mihi est impensabile; &  
tamen nondum transiit trium  
Hierarchiarum infimam & mini-  
mam; siquidem ipsorum numerus  
longè adhuc major est. Quan-  
tum iter tibi igitur conficiendum,  
dum successively numerandi tibi e-  
runt omnes Angeli Hierarchie se-  
cundæ, quotum numerus multo  
adhuc est major illo Hierarchie in-  
fimæ, juxta doctrinam Sancti Tho-  
mae: Si numeraveris ex non à novis-  
simo usque ad primum, compre-  
hendere adiutoris sublimitatem ip-  
sorum glorie, an asséquiri unquam  
poteris ipsius metam? O DEVS,  
quanta abyssus! Sole cognitio mo-  
litionis hujus atque conatus per-  
cellit horrore animum, ipsum ob-  
tuit, & quasi absorbet: Et tamen  
aberis adhuc longè, & nondum  
dicere poteris, invenisse te subli-  
mem Elevationem Throni Sanctissimæ Virginis, eoque verum sit,  
ipsam exaltatam esse super omnes  
Chorus Angelorum.

Eee eee 2.

Quid

Adessus  
tertius, qui  
adhue ma-  
gis attollit  
absque  
menturā.

Quid igitur erit, dum transire  
oportebit adhuc sublimissimam ex  
omnibus Hierarchiam, composi-  
tam ex innumerabili multitudine  
Thronorum, Cherubinorum, &  
Seraphinorum, numerando succes-  
sive omnes, & videndo excrescere  
semper ipsorum gloriam, juxta  
proportionem Numeri, quem com-  
pletebunt? Ubi eris, antequam  
attigeris sublimitatem gradus pri-  
mi Seraphini in celo? Cogita ip-  
se tecum, quantum absis ab eo,  
ut concipere id unquam possis,  
quantumvis habueris solus omnes  
omnium simul hominum intelle-  
ctus? Siquidem hic Seraphinorum  
primus plus magnitudinis habitu-  
rus est ipse solus, quam omnes  
reliqui simul Angeli: Sicut maxi-  
mus numerus complectitur in se  
omnes aliorum numerorum unita-  
tes, illisque aliquā unitate adhuc  
excedit: Exempli gratia, numerus  
centesimus includit omnes numeri  
nonagesimi noni unitates, hāsque  
unā adhuc transgreditur unitate.

Sanctissima  
Virgo sub-  
limior est  
in gloriā,  
quam pri-  
mus Ser-  
aphin-  
orum.

Sed quando etiam comprehen-  
deris Elevationem primi Seraphi-  
ni, nondum attigeris Thronum  
Sanctissimæ Matris DEI; audies  
adhuc Ecclesiam plenā tibi voce  
cantantem: *Exaltata est Sancta  
DEI Genitrix super Chorus Ange-  
lorum ad cœlestia Regna; Super  
altissimam nimisum Angelotum  
Hierarchiam.* Sed de hoc noli  
mirari: omnes Angeli sunt servi,  
ipsa sola est Mater DEI; an mirum

fit, si Mater Principis æstinetur  
magis ab ipso sola, magis honore-  
tur ab ipso, quam omnes simul  
servi? Ipsa Mater est Admirabilis,  
cujus gloria ad minimum tam in-  
comprehensibilis est Angelis,  
quam gloria Angelorum nobis in-  
comprehensibilis videtur.

Est quidem aliquid, dicere, Gerson,  
quod Sanctissima Virgo exaltata tract. 4. is  
sit super Chorus Angelorum no- Megalif-  
venos; sed hoc non sufficit: Plu-  
res celeberrimi Theologi pro cer-  
to tenent, particularem quandam  
esse Chorum pro ipsâ solâ, & di-  
lectissimo ipsius Filio, incompara-  
bilem sublimorem omnibus no-  
vem Angelorum Choris. Lege  
Gersonem; Is expressis verbis id  
scripsit tractatu quarto super Ma-  
gnificat, ubi distinguit tria genera  
Hierarchiarum: Supremam, quæ  
est Divina; Mediam, quæ est Di-  
vinæ & Humana; & ultima, quæ  
est nonnisi pro creaturis. Divina, Est Hierar-  
chia parti-  
cularis pro  
Jesu Christo & San-  
ctissimâ Mu-  
tatione.  
Deus  
tialis  
lux &  
tia.  
tota plena est tribus adorandis Per-  
sonis Sanctissimæ Trinitatis, & nul-  
la præter hanc hic admittitur: In-  
fra hanc primam est immediate  
Hierarchia secunda, quæ non ad-  
mittit nisi duas solas personas, quæ  
replent ipsam totam integrum; &  
sunt JESUS Christus, ac Sanctissi-  
ma Virgo; & nonnisi ipsæ intrare  
possunt hunc Ordinem: Et tertia,  
quæ composita est ex Angelis &  
Beatis, est infra hanc secundam, ita  
ut Sanctissima Virgo teneat quasi  
medium inter DEUM & Creatu-  
ras;

tas; subjecta soli DEO, superior omnibus cæteris creaturis.

Si cogitares vel loquereris de illâ solùm, sicut de creaturis Sanctissimis, & summi in gloriâ sublimatis, nimis id parum esset pro Sanctissimâ Virgine, eòquod sit ipsa supra omnes creaturas: Si velles cogitare aut loqui de illâ velut de DEO ipso, id nimis pro illâ fôret, eòquod sit infra DEUM; ipsa particularem suum habet in gloriâ ordinem; ipsa totam replet suam Hierarchiam, quæ tenet medium, DEUM inter, & omne id, quod DEUS non est, ubi commune nihil habet, nisi cum sola Personâ Filii sui Unigeniti: Ipotum vinculum est inseparabile, ipsotum. que gloria non solùm est æqualis, sed est communis utique; vel ut melius dicam, uter verbis devo-

tissimi Arnoldi Carnotensis, non nisi est eadem in ambobus: *Filius Arnoldi; gloriam cum Matre, non tam communem judico, quam eandem.*

Caraot. tractat, de laudibus  
Et sic ipsa, quæ aliâs fuit carcer Virg. vel ergastulum Majestatis infinitæ DEI, annihilata quasi in castissimo utero ipsius, evasit in Thronum sublimissimum ac splendidissimum ipsius glorie: *Sic amor vindicat: O DEVS, quam bonum es, incidere in manus ipsius! O mi DEVS, quam bonum est, relinquere se ipsius potentia! faciat nobiscum, quidquid voluerit, nunquam amabilior est, quam quando se vindicat pro indole sua. Jam vides, quam incepit magnificè, deinceps vide, quomodo ultius adhuc suas propulerit vindictas.*

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Secunda Corona Sanctissima Virginis, est splendor gloria ipsius.*

### ARTICULUS III.

Deus Essentia  
litas est  
lux & glo-  
ria.

*I. Joan. 1.  
v. 5.*

*O*mnia tam magnifica re-  
splendent gloria in infinitâ Majestate DEI, ut Sanctum Evangelium nobis dicat, ip-  
sum non solùm esse lumen, quod omnes expellat tenebras: *Quo-  
niam DEUS lux est, & tenebra in eo non sunt ulla:* Sed etiam Regis Propheta adjungat, quod splendor ipsius resulgeat quoque in vesti-

mentis ejus, & ipse nonnisi vesti- *Plat. 105.*  
tus sit lumine: *Amictu lumine si v. 2.  
cum vestimento.*

Et tamem alicuius percipio que-  
telas, qui erat ipsius figura, ac si Job. 19.  
ex ipsius proficiebentur ore: *Spo-  
liavit me gloria mea. Sanè v. de-  
sus Expos-  
te fuit magnum hunc æternitatis liatus est  
Solem Ecclipsatum in tempore, & suâ gloriâ,  
tedatam in statum adeò obscu-  
ruum, confusio-*

*Eccccc;*

*rum,*

rum, ut nihil appareret in eo vel minimum luminis, nec ullus gloriæ aut magnificenter radius; sed potius tantum abjectionis & obscuritatis, ac species tam contemptibilis, ut Prophetæ depinxerint ipsum absque formâ, absque decore, nominantes ipsum opprobrium horum & abjectionem plebis: Tunc es, ô Majestas infinita, quæ essentialiter es Lumen, quæque immenses producis splendores in te ipso, illösque effundis extra te in creaturas tuas, ut constitutas magnum æternitatis Beatæ diem pro omnibus Sanctis tuis? Tunc ipse es, quem totum video deformatum? Hem quis te ejusmodi redigit in statum?

**Amor con-**  
**cordans**  
cum san-  
ctissimi Vir-  
gine acce-  
pit ipsum,  
velut Regé  
expolia-  
sum.  
Amor est, responderet mihi. Ecce maximarum Victoriatum unam, quam reportavit de me. *De DEO triumphant amor.* Ipse una cum Matre meâ & per illam contemptibili molacco induit carnis mortalis; Et ego, qui amictus eram lumine, tam profundis inveni involutum me tenebris, ut aspiceretur in me nec minimus gloriæ meæ radius, & apparerem in terris veltit novissimus hominum. Amor Omnipotens cum Matre meâ, & ipsa cum amore expoliavit me meæ splendoribus gloriæ: spoliavit me gloriæ meæ. Non dico, quod omnino ademerit mihi ipsam; siquidem tam essentialis, tamque necessaria ipsa mihi est, ut impossibile sit, me magis illam perdere, quam Divinitatem.

meam. Sed illa me hâc expoliavit, sicut qui expoliare al quem Regem purpurâ suâ, ipsimque induet non nisi vestimento vili & abiecto; non desineret is quidem esse Rex, esset tamen Rex expoliatus, & probolissime acceptus; Sicque vili amictus, quem accepit à Matre mea, me reddidit incognitum, meque exposuit contemptibus hominum.

Sed de hoc vindicabo me eâ ratione, quâ amor se vindicat; pro amictu tam vili, quo obvelavit ipsa splendores gloriæ meæ in vitâ mortali, ipsam in æternum vestiti volo splendoribus Divinitatis meæ vita loquitur hæc super re Sanctus Bernardus:

*Vestis illum substantia de Verbo Carnis tua, & vestit ille te Gloriâ Apost. VIII. Majestatis sue.* Admiranda sane dilectionis amoris vindicta; eoque conclu- sis. sent ipsa Solem divinum veluti facio, illumque in purissimo suo absconderit Utero, ipsa vestietur Sole, ipsoque pretiosissime videtur adornata in eonopeo omnium Creaturarum; in magnificenter triumpphi sui: Sol erit paludamentum ipsius Regale, & amicus gloriarum ipsius: *Mulier amicta Sole.* Apoc. 11. v. 1.

Et nonne plendiferissimo hoc ornatu amictam à le visam esse in celo, affirmat in Apocalypsi Sanctus Joannes? Et signum magnum, in quod ipse, apparet in celo; *Mulier amicta Sole.* Et quia prodigia hæc vilio ostensa ipsi sunt post Assumptionem Sanctissimæ Virginis, dubia.

dubitari quasi non potest, quin ipsam suet in persona, quam ille alpexit in pleno splendore gloria sua. Sed ingens haec lux, quae ciecum fulsit illam in formam amictus, non erat sol materialis, qui illuminat totum inferiorem hunc mundum, sed alius quidam erat multo nobilior absque comparatione: Et quid judicari potest, nisi quod sit lumen gloriae, de quo loquuntur Theologi, quando dicunt, quod creatura capaciter non habeat aspiciendi Deum, nisi eleveretur supra conditionem suam naturalem; quodque, licet essentia divina ex se ipsa sit summè visibilis, eoque infinita quædam lux sit, nihilominus sicut oculi nostri Corporales virtutem non habent aspiciendi in facie solem in plena sua meridie, ita adhuc magis impossibile sit cuicunque intellectui creare clarè aspicere essentiam Dei in Majestate gloria sua, sola virtute sua naturali.

Opus igitur est, ipsum attolli

supræ ipsum; opus est ipsum firmari & roborati virtute quâdam supernaturali; Et haec virtus est qualitas prorsus divina, quam appellant lumen gloriae, quod sermè consert intellectui, ut reddat illum capacem ad intuendum clare pulchritudines divinas, quod consert lumen solis oculis nostris ad conspicendum pulchritudines mundi: nisi quod non sit nisi unum idemque lumen pro cunctis oculis Corporis, sint tamen tot particularia & inæqualia lumina gloriae, quot sunt Spiritus Beati, qui instituent faciem Dei in cœlo. Quilibet habet portionem suam limitatam, majorem vel minorem juxta merita sua, & mensura beatitudinis ipsorum æternæ est omnino illa luminis gloriae, quod ipsis conferatur ad videndum magis vel minus perfectè essentiam Dei; Sed pro Sanctissima Virgine nulla illius est partitio, nulla pars, nulla portio.

¶ (O) 90

### S. Unicus.

## Tota abundantia Luminis gloriae communicata est Sanctissima Virginis.

lumen lu-  
rea gloria  
latur mag-  
ne huic  
Domini,  
ex appare-  
re tota a-  
mida sole,

lis, sed totam plenitudinem, quam habet ipsemet JESUS Christus, habeat Sanctissima Virgo absque ullâ imminutione, eoque gloria respondeat gratia. Siquidem dum nobis dicitur, ipsam totam amictam esse sole, per hoc nonne nobis

bis insinuatur, ipsam esse in celo gloriae, quod solest in celo hujus mundi visibilis? Videre est innumeratas stellas, quarum qualibet habet parvum solum punctum luminis, majoris vel minoris juxta illatum magnitudinem. Sed non nisi ad solera spectat luminis illius inexhaustum esse fontem, ipsiusque solum habere illius tantam plenitudinem, ut omnia cetera astra simul conjuncta, non possint adsequare ipsam. Sic sanctissima Virgo est sol in magno aeternitatis die, & omnes ceteri Sancti tum homines, tum Angeli, non sunt nisi stellae, habentes quidem parvum quoddam punctum ac portionem sui luminis, sed tota simul illorum unita multitudo non adsequabit illud solis, id est, sanctissimae Virginis,

Non dicitur, quod illa sit ipse met Sol, resplendens proprio suo lumine, ceterum ipsa non sit Deus; sed dicitur ipsam esse totam amictam sole. Amictus qui contegit & exornat aliquod Corpus, non producitur a corpore ipso, sed a liundè ipsi venit; nihilominus tam propè accedit ad Corpus, tam bene accommodat se ipsius mensura, ut corpus & vestimentum, quo illud induitur, aequalis sint magnitudinis, & unum non sit majus altero. O sanctissima Virgo! Mater Admirabilis, quid judicandum de te, dum dicitur nobis, te esse amictam sole? Quis igitur comprehen-

hendere possit immensam magnitudinem gloriae tuæ? Sol totus integrus non nimis est magnus conficiendo auctui tuo: An es igitur eisdem cum ipso magnitudinis? Tota gloria Filij tui Unigeniti, quæ in morem vestimenti circumdat te, tæque pulcherrimis ipsis condecorat ornamenti, non suæ excedat te magnitudine? Tota plenitudo gloriae, quæ est in JESU CHRISTO, est igitur in MARIA, sic uidebat SANCTUS Hieronymus de gratia. O Majestas! O magnificencia! O immensitas gloriae Matris Dei, quam es incomprehensibilis!

Sed nonne ipsam te muncupabas humilem Ancillam Domini? quæ apparuisti in terris tantæ paupertatis, tamque abjectæ conditionis, ut non esses uxor, nisi simplicis cuiusdam fabri lignarij; Et quod abjectum magis est, eras Mater Filii, quem ita oderant omnes & contemnebant, ut mori debuerit velut iceleratus confixus in cruce. An ipsam tu es, quam hoc in statu aspergit mundus? Quis igitur te exultit ad tam sublimem honoris & gloriae gradum? Quis te ita locupletavit? Quis tam preciosio te induit amictu? Ipsam igitur ille, inquiet tibi, quem indueramus tam uili & abjecto, ut appetuerit velut unus è peccatoribus, adeò ut Pharisæi dicerent: *Nos sci. Ioh. 9. mus, quia hic homo peccator est: Ipsi enim ille, quem suæ exipoliavi glos:*

gloriā, exaltavit me, mēque innu-  
meris replevit bonis. *Sic amor vin-  
ditat*: O Amor sancte, quām a-  
mabiles sunt vindictæ tuæ! O  
quām sunt desiderabiles! Tu glo-  
riæ tibi sumis, reddendo semper  
bona pro malis. Eheu! Cum igi-  
tur iudies tanta ego mala perpe-  
trem, ejusmodi vindictam sume de  
me; ut postquam tot criminibus  
me reddidi obnoxium, recipiens  
majorem misericordiarum tuarum  
abundantiam, in æternum cantate  
possim: *Sic amor vindicat*. Ecce  
admirabiles vindictæ sacrae Amo-  
ris Dei mei.

*Quomodo* Emerit hic difficultas non par-  
tulus Jo-  
annes vide-  
et ponit  
huius  
Virginem.  
trium &  
nihil  
re.  
va: Quomodo videri & aspici pos-  
sit persona vestita sole? Nonne  
dispareat ex eo, quod apparat  
tantò cum splendore? procul du-  
bio non videbatur ipsa, sed nil vi-  
debatur, nisi sol. Quomodo igi-  
tur intelligendum id, quod dixit  
Sanctus Joannes, vidisse se sanctissimam  
Virginem in celo rotam a-  
mictam sole? Id oritur ex admira-  
bili oculorum vivacitate, quā pol-  
let hæc inter Evangelistas aquila vi-  
suum penetrare potuit in ipsum si-  
num Patris æterni, ad videndum ibi  
Nativitatem divinam Filii ipsius.  
Unigeniti; non igitur est mirum,  
quod etiam discernere & distingue-  
re potuerit Matrem à Filio suo Uni-  
genito, in medijs splendoribus ip-  
finis gloriæ, quibus velut ami-  
 fuerat circumfusa. Sed Sancti Pa-

tres, quibus tanta non erat ocu-  
lorum acrimonia, sicut ipsi, tantò  
splendore gloria le offusos & offu-  
scatos invertere, dum aspicere ip-  
sam in hoc statu voluerunt; hinc  
etiam nihil viderunt, nisi pulchri-  
tudinem quandam, quam admira-  
bantur, nisi splendores gloriæ, qui-  
bus attoniti reddebat & stupefa-  
cti, quos comprehendere non po-  
terant, multò minus verbis expla-  
nare.

Sanctus Gregorius Nicomedien-  
sis, totus abreptus videbatur extra  
seipsum, mentis suæ oculis aspi-  
ciens sanctissimam Virginem; non  
enim videre erat nisi admirationes,  
nisi amoris languores, nisi exclama-  
tiones, quas mentis abreptio po-  
tius traxit è corde, quām ore ip-  
sius; non enim erant nisi verbina-  
terisa & absque coniunctione,  
qua nihil dicebant, nisi quod ni-  
hil de ipsis dicere poterant. *O pul-  
cherrima pulchritudo pulchritudi-  
num!* *O DEI Genitrix pulchrorum Sanctorum  
omnium summum ornamentum.* *Patrum cir-  
ca hoc pro-  
digium.*  
Judica, è quali affectu & sensu pro-  
fici poterant hæc verba, & quām  
ardens debuerat esse fervor, quām  
profunda reverentia, quām tene-  
ra devotio, quæ exhalare faciebant  
illæ ex intimo cordis ipsius. De-  
primamus hæc oculos, nōque ab-  
scondamus præ pudore, dum aspi-  
cimus vecordes & ignavos affectus  
cordis nostri in comparatione cum  
affectibus ipsius; sed ut iplos e-  
mendemus, revertamur, & de no-

Et f f f

vo

vo aspiciamus admirandas vindictas amoris divini ; Ecce ti-

bi unam, quæ minor non est praec-

## ARGUMENTUM.

*Tertia Corona Sanctissimæ Virginis, est absoluta  
ipsius potentia in cælo & in terra.*

### ARTICULUS IV.

**Q**uando DEUS suam communicat gloriam, suam etiam communicat potentiam alicui Beato. Vide- mus in Apocalypsi, quod Sancti infinitas dederint Laudes Deo, et quod regnare fecerit ipsos secum in cælo: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus.* Et S. Thomas dicit, quod inducantur in possessionem regni sui per claram Visionem Essentiae Dei. Sed quomodo concipi & intelligi potest, quod videntendo Deum evadant in Reges, quibus communicet Deus imperium suum & potentiam suam? Hic Theologizæ nostræ oraculum respondet, quod ad hoc oporteat intellectum nostrum attolli ad ordinem naturæ Divinæ, & ut id intelligat, sic necessariò discurrendum esse juxta hoc principium : philosophizæ: *Operari sequitur esse.*

*Apoc. 5.*

*D. Thomas  
3. Cont.  
Gent. c. 63.*

**Quomodo?** Quid faceres, si conferre velles Beati sunt alicui lapidi facultatem vivendi, se Reges per Visionem Dei.

aliud plantarum & arborum, quæ sunt entia animata, & vivunt vita vegetativa; & si tribuere deberes plantæ facultatem sentiendi, vivendi, gustandi, sufferendi dolores, quid faceres? Oporteret attollere ipsam supra ordinem plantæ, & inducere ipsam in ordinem animalium, quæ sensitivam habent animam; alias nunquam perficiens operationes animalis, cum illis non habeat esse; *operari sequitur esse;* & si oporteret donare aliquod animal capacitate ratiocinandi, formandi libi conscientiam, & syndesmosin, quid faceres? Oporteret omnino attollere ipsum supra conditionem animalis & bruti, illudque collocare in ordinem hominum, cuius esse est intellectivum & rationale; *Operatio namque sequitur esse;* Ut igitur reddatur homo capax operationum divinarum, quales sunt, videre clarè essentiam divinam, ipsam contemplari, ipsam amare, quæ sunt summè naturales operationes Dei, quas continuat in æternum; quid oporteret facere?

*opor.*

D.Thom.  
Cont.  
61.  
Nam. 80.

oporteret necessariò attollere illum supra ordinem naturalem hominis rationalis, & ipsum immittere in ordinem naturæ divinæ, eòquòd operari sequatur esse; & hæc ratio-  
ne Sanctus Thomas ratiocinatur:  
*Hoc enim aliter fieri non potest, nisi intellectus noster ad ordinem divina naturæ sit elevatus: Cum enim ope-  
ratio sequatur esse, ad exaltan-  
dam operationes, quæ naturales  
& propriæ sunt Deo, oportet ha-  
bere esse Dei, oportet elevatum  
esse ad supremam dignitatem esse  
divini; & ideo sacra Scriptura ho-  
mines appellat Deos: Ego dixi,  
Dij effis.*

Sed tandem, quòmodo homi-  
nes, qui non sunt nisi cinis & pul-  
vis, eòusque attolli possunt? quâ  
ratione evadunt in Deos? Elevan-  
tut ad supremam hanc dignitatem  
per lumen gloriæ, & evadunt in  
Deos, quando aspiciunt clarè es-  
tentiam Dei, eòquòd toti immer-  
gantur immensitati gloriæ ipsius,  
quæ ipsis deglutit, ipsis absorbet,  
ipsis Deificat, & ipsis transfor-  
mat in seipsum; non possent pro-  
piùs accedere ad magnitudinem in-  
finitam Dei, sed sunt in eadem  
conditione cum Deo, quasi essent  
ipse Deus.

Ita oraculum divinum hæc de re  
loquitur: *Similes ei erimus, quia  
videbimus eum, sicuti est: Videbi-  
mus eum, sicuti est, & faciemus  
id, quòd facit, & erimus id, quòd  
est; operatio enim sequitur esse.*

Erimus igitur Reges sicut ipse, re-  
gnum ipsius erit nostrum regnum,  
& regnum nostrum erit regnum  
ipsius. Hanc promissionem sola-  
tio plenam datur nobis in Evange- Quòmodo  
lio: *Nolite timere pusillus gressus, Beati rati-  
quia complacuit Patri vestro dare ne qua-  
vobis Regnum. Est veritas æterna, dant Dij.  
quæ promittit; nihil hoc est cer-  
tius; Est Regnum, quod promittit Luc. 12.  
tit, an sit quidquam exoptatus?  
Est proprium Regnum, quod pro-  
mittit; Quidnam sit potentius,  
quàm esse in possessione Supremi  
Dominij DEI ipsius? Ne metua-  
tis, id vobis defuturum, quia ipse  
Deus est, qui promittit: Nolite  
timere, complacuit Patri vestro,  
date vobis regnum; ipse adhuc  
complacabit sibi, quòd ita vos ex-  
altaverit.*

Itane ergò omnes Sancti, usque  
ad novissimum, erunt in æternum  
in hoc statu? Itane despabilis hæc  
pulvis, qui calcabatur pedibus,  
qui multo erat loco, qui nihil es-  
timabatur, elevabitur usque ad  
supremum hoc gloriae & honoris  
fastigium? An intelligis hoc bene  
infelix vermicule terræ? an pon-  
deras bene, quisnam sis, cui pro-  
mittat Deus tam ingentem felicita-  
tem? An firmiter credis, DEUM,  
qui tibi loquitur, tibiique promit-  
tit, esse ipsam veritatem, quæ fal-  
lere neminem possit? An certum  
te putas de promissione ipsius? an  
exspectas illam? An aspiras ad il-  
lam, velut ad ron, quæ tibi tam

Fff. fff. 2. est.

Considera-  
tio solatio  
plena, no-  
biske se-  
pius facien-  
da.

est certa, ut tibi deesse non possit, modò velis? Ah! si id credis, si bene persuasum id habeas, si vere exspectas, quanto perfundi debet jubilo cor tuum? Qualis igitur est tua dispositio animæ? Immorare hic, pondera rem bene, & pondera ipsam maturè & serid: aspice in altum, & absorberi permitte cogitationes tuas à vastissimo hoc oceano infiniti æterni, incomprehensibilis regni, quod tibi promissum est, quod te exspectat, quodque certò exspectas tu; & videbis, quid consideratio viva & profunda magnæ hujus veritatis sit productura in te.

Et itane mi Deus, si sola imaginatio vanæ & merè commentitia alicuius felicitatis, jucundè occupat tot personas: quæ se oblectant lepidâ aliquâ imaginatione, quam sibi ipsis fabricantur: quid igitur esset, si repletent Cor & maximum veritatem æternæ hujus felicitatis, tam magnæ, tamque certæ? ò si illam firmiter cordi insculptam circumferrent, sàpè cogitantes de illâ, & exspectantes ardenti desiderio eandem, nónne jam felices & beatæ essent in terris?

\* \*

### §. Unicus.

## Quantum potentia Sanctissima Virginis refle- get in cælis.

Pulchritu-  
do Regai  
Dei, quod  
componi-  
tur nonnisi  
ex Regibus

VEniamus modè ad argumen-  
tum, de quo nobis sermo.  
Cum verum sit, quod Deus ita  
accipiat servorum suorum mini-  
mum, quid judicandum sit de pro-  
priâ Matre ipsius. Nónne jure  
meritissimo creditur, hanc solam  
majoris esse apud ipsum, ipsique  
chariorem, quam omnes suos si-  
mul servos, & consequenter, quod  
majorem & pretiosiorem ijs illi  
conferat possessionem totius the-  
sauri suæ gloriæ, potentiam magis  
absolutam, magisque amplam in  
Regno suo, & potestatem magis  
sublimem in omnes tres mundi  
contignationes, id est, cælum ter-

ram & infernum, ita ut omnes An-  
geli & sancti simul tantâ non pol-  
leant potentia ac potestate. Ve-  
rum est, ipsos omnes esse Reges,  
& esse pulchritudinem stupendam  
supra omne id, quod cogitari po-  
test, aspicere magnificentiam Re-  
gni Dei, quod minores non habe-  
bit subditos, quam Reges, quo-  
rum numerus innumerabilis erit  
& probè infinitus: Quis ergo  
concipere poterit, quantus fu-  
turus sit splendor Regni tam  
speciosi?

Et nihilominus hoc non est,  
quod maximum constituit gloriæ  
ipsius splendorem; sed est, aspi-  
cere

cere solam & unicam Matrem Dei dominari ac regnare super omnes hos Reges, majori cum imperio, quam Reges terra dominantur in suos subditos. Est intueri, quod splendor gloriae ac potentiae ipsius, transcendere videatur tanto fulgore illam omnium Angelorum, & ceterorum omnium Beatorum, ut sit quasi sol, qui ecclipsat omnia astra celi presentia sua, quasi abscondentes se per pudorem, nec apparere auderent coram pulchritudine, quae suam transcendat absque comparatione. Ita omnino magnus Cardinalis Sanctus Petrus Camiani loquitur de Sanctissima Virgine: *Sic utrorumque spirituum habebat dignitatem, ut in comparatione Virginis nec possit, nec debeat apparere.*

Dominica  
secunda  
de  
Assumpt.  
8. V.

*Maxima*  
*pulchritu-*  
*do celi*  
*post Deum*  
*est sanctis.*  
*rum sit admiranda, eoque ordi-*  
*nis sit superioris, quam tota na-*  
*tura, quoque unicus Sanctorum*  
*vel Angelorum plura possit, quam*  
*omnes Monarchae in mundo, qui-*  
*bis nihil est, quod non sit natu-*  
*rale. Verum igitur est, quod si*  
*considerentur omnes Angeli, om-*  
*nisque Sancti simul, tam admira-*  
*bilem ipsi habeant potentiam, ut*  
*non si intellectus, qui concipere*  
*possit ipsam. Verum si aspiciatur*  
*potentia filius Matris Dei, haec ita*  
*resulget super omnem illorum po-*

tentiam, ut offuscer illam, ac tenebris omnino involvat; ita, ut appetere nec possit, nec debeat nil velut res quadam minima in comparatione.

*Quis est, qui non experiatur Guerricus;*  
emolumenti cor suum, suamque existimari animam, audiens verba & affectus Guerrici Abbatis, dum ita loquentem introducit JESUM Christum & Sanctissimam Matrem suam, in Triumpho Assumptionis ipsius. *Veni Dilecta mea,*  
*O penam Thronum meum in te,*  
nemo mihi tantum dedit, quantum tu in statu Humanitatis mea; nec egorum dabo ulli alteri in gloriam divinitatis mea; *Tu vestisti me*  
substantiam carnis tua humana, *Ego*  
vestiante magnificentius potentia mea divina; tu abscondisti sub-  
tus terram solem divinitatis, *Ego*  
apparere te faciam totam resulgen-  
tem radius ejusdem solis, super sub-  
limissimum Thronum aeternitatis.  
*Sic amor vindicat.*

Tu recepisti me Infantem in sinu Humanitatis tuę, & ego te recipiam Creaturatum meum maximam, in sinu Divinitatis meę; Tu aliquandiu nutrivi me lacte Virginalium uberum tuorum, & ego te nutriam in aeternum meę propria substantia Divinitatis; per te factus Homo - Deus, procura vi reconciliationem peccatorum cum Deo Patre meo; & tibi, quae es Mater Dei - Hominis, omnes reconciliati reddent homagia &

Ffffff; grati-

gratitudinem aeternam, ob infinitum boni possessionem, quam receperunt a me, te mediante: *Communicasti mihi, quod Homo sum, communicabo tibi, quod Deus sum.* Tandem tu liberaliter mihi dedisti ex Humanitate, & ego abundantissime tibi communicabo ex divinitate mea. *Sic amor vindicatur.*

*Relinqueremus  
absolutem  
nos debemus inter  
manus di-  
vini amo-  
ris, ut fa-  
ciat nobis-  
cum, quid volue-  
rit.*

O divine amor, quam amabiles sunt vindictae tuae! o mi Deus, quam ipse sunt desiderabiles! quantum solarium animae, nosse se esse intra manus divini amoris; videre te totam ipsius curae commissam, ut faciat secum, quidquid voluerit. Eheu! satis infelix est ipsa, eoque committat quandisque parvas in ipsum infidelites, ob quas etiam in hac vita se vindicat de iis, cura aliquali severitate; sed amor est, cui est nihil, quod non sit amabile; si namus ipsum facere nobiscum, quidquid voluerit, & certi sumus, illum vindicaturum se alia ratione de animalibus, quas amat, in omnem aeternitatem. Occinamus ipsis saepè affectuosam hoc S. Augustini effatum: Ama, & fac quod vis. O divine Amor! ama me, non nisi hoc unicum peto, & fac mecum omnia, quæcunque volueris. Cogitare solùm, quod Deus nos amet, cogitare id serio, id credere, bene de eo esse persuasum, nonne id summam repletum animum consolatione?

*Palchrum*

*Noveram Sanctum Religiosum*

quendam, virum magnæ auctoritatis, sub cuius directione aliquando vixi. Cum aliquando is factaret iter per campos, invenit pauperem quandam puerilam, quæ custodiebat gregem suum, ipsique videbatur admodum modesta: interrogavit ipsam; Filia mea quid cogitas, dum sic sola & ab omni societate abstracta versaris? hesitavit ipsa paululum, & exinde Angelica cum mansuetudine respondit ipsi: Mi Pater, cogito, quod Deus amet me. Hem, quis dicit tibi filia mea, quod Deus amet te? Id erat vehementi assultu tangere eum ejus, quod nimio experientio tam certum erat, ut de hoc dubitare non posset; ipsis os respondere non potuit ad hoc; sed ipsis oculi sermonem exorsus effundere cœperunt duos rivulos lacrymatum; & exinde provoluta genibus, profundâ cum humilitate dixit ipsi: Mi Pater, impertire mihi, si placet, benedictionem tuam; & ille, qui cognovit quanto cœnoscitur mysterium interioris ipsius occupationis, dimisit ipsam in pace.

Mi Deus, dicebat, prosequens iter suum, quam es admirabilis! Tu abscondis maxima arcana tua sapientib[us] mundi, tibique complaces revelare illa simplicibus! quot magna ingenia, quot sapientissimi Doctores, quotque viri omni scientiâ insignes, nunquam habebunt in totâ vitâ suâ nec tantum cognitionis, nec tantum gra-

te, nec occupationem tam sublimem, sicuti pauper hæc puella, quæ nullius est existimationis. Eheu! quid facimus? profundè nos humiliemus, taceamus & ab omniatio-

negotio nos obstrahentes, cogitemus sepe eum ipsâ, quod Deus amat nos, isque amandus; & hoc sufficit.

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Quarta Corona Sanctissima Virginis, est plena  
sæcetas bonorum omnium, que satiare cor possunt.*

## ARTICULUS V

*M*agnus Apostolus loquens de gloriâ, nuncupat illam eternam gloria pondus: Ecce vocat id pondus, quod gravitatis nil habet, quodque non tendit in imum? Sanctus Thomas responderet, quod pondus non semper habeat aliquam gravitatem, sed quod illud sit vehementis quædam inclinatio, quæ trahat & suauiter cogat unamquamque rem ad centrum suum. Et quia centrum non est, quod habere possit tam vehementes illecebras ad attrahendum animas, sicut infinita pulchritudo Dei, quando manifestare dignatur se illis per lumen gloriae, hinc nullum est pondus, quod tantâ cum vi ac vehementia illas abripiat; ita ut propriè gloria nuncupari debeat pondus aeternum, & insuper nominari possit pondus Omnipotens; id quod egregie Sanctus Thomas pro more suo exprimit paucis hi-  
*D. Thom.  
ibid.* ce verbis: *Nobil erit in homine,  
quod non sequatur imperium glorie.*

Fatendum est, non immerito Nostra admirandam esse nobilitatem & bertas for- dignitatem animæ rationalis, quam tior est Creator ipsius locupletare voluit omnibus libertate tam absolutâ, ut, quan-tis, cedit do haberet ipsa ante oculos suos tamen bona anima bona, quæ trahere Dens no infinite potest ex inexhausto Omnipoten-  
tia suæ thesauro (quamvis appa-  
rent hoc illa summe amabilia,  
& ipsa quoque vehementer se attrahi sentiret ad amandum illa,  
eò quod creata sit ad amandum bo-  
num) libertas ipsius fortior sit om-  
nibus hisce illecebris & blanditijs;  
semper enim dicere potest; nele quidquam ex eis possessionem li-  
bertatis suæ ita amat ipsa, ut illam non amitteret pro possessione the-  
saurorum omnium, quas Deus con-  
ferre illi posset.

Sed quando ipsummet invenit Deum, quando aspicit infinitum hunc thesaurum, hunc fontem bonorum omnium, hanc saturitatem & abundantiam, cui omnia cor-  
da non sufficiunt; ut comprehen-  
dant

dant illam; se amplius conservare non potest in possessione libertatis suæ, cōquod: attrahatur, allicitur, abripatur ab aeterno hoc pondere gloria tanto cum impetu, ut amittens in auspicio hoc momento omnem libertatis usum, cum gaudio amplectatur mancipatum magni hujus Regis, illiusque fiat mancipium, qui dominatur omni libertati creaturarum suorum: illa tam plenè contenta est ipso solo, ut amplius non estimat libertatem suam, quam estimaverat pluris omnibus simul bonis creatis: ipsa dicere semper posset de ceteris omnibus, nolo quidquam ex illis; sed impossibile ipse foret consentire, ut amitteret aspectum Dei sui, vel unico solo momento per omnem aeternitatem, cōquod aeternum hoc pondus gloria, tanto cum impetu ipsam abripiat, ut non sit in libertate ejus illi resistere: *Nihil est in homine, quod non sequatur imperium gloriae.*

O Anima mea, cum verum sit, quod abriienda sis tantum cum vehementia à pondere infiniti hujus boni, quando videbis illud, ut amplius ipsi resistendi non sis habitura libertatem; ecce oculos tuos non aperis, ut aspicias illum tempore vita tuz? Nonne habes oculos fidei, qui à quæ sunt certi de objecto suo, quām lamen gloriae certum sit de suo? ut quid non aspicias ipsum, ut quid ipsum

non contemplaris à quæ hic presentem in te, quām praesens sit ibi Beatis.

Sed bene adverto, me nondum attingete punctum, quod declaratum: me promiseram, dicere: me vobis oportet, quid singulare habeat Sanctissima Virgo in possessione boni infiniti gloriae, quidve distinguat illam à ceteris Beatis. In primis abundantia bonorum ipsius est, quæ facere ipsam posset objectum invidiæ ceteris omnibus. Beatis, ipsa autem capax non est, quæ unquam aliquam concipere possit invidiam. Quando dico si invidio ipsam esse possit objectum invidiæ in altero alijs Beatis, non dico, quid illud posset nam si invidia semel irrepere solet ex ipso posset in cœlum, ficeret quanto numerus ex illo infernum; Etenim maligna ipsius est indoles, torquere se ex bono, quod videt in altero. Et quia omnes Beati, excepta sola Sanctissimâ Virgine, vident in altero ipsis subtiliori, majus quoddam bonum, quod ipsi non possident, si tenerentur invidiæ, fierent, omnes miseri & infelices; non laborant sane ipsi invidiæ, sed potius unusquisque amat bonum, quod videt in altero, velut suum proprium, & ex eo concipit gaudium, quo in tantum suum bonum adauger, quantum ipsum amat,

Ex quo patet, ipsam solum ergo esse ditionem ceteris omnibus Beatis sed velle comprehendere, quantum

quanta sit pretiositas & abundantia  
theatui ipsius, est adnoti in vanum,  
foret id nāque tentare, & expe-  
tati impossibile: *Ne laboreatis, non*  
*enim comprehendetis:* Est id nā-  
que abysus, ubi se oportet perde-  
re, abs eo, quod unquam invenia-  
tur fundus; est arcana reservata  
cognitioni DEI; est prodigi-  
um, quod & admiratione & ado-  
ratione nostra prosequi debemus,  
non tamen adnoti, ut comprehen-  
damus illud; sed tamen ardenter  
amare oportet illam, ipsique ap-  
plaudere ex toto corde nostro, &  
exin concipere gaudium, quod  
transcedat omnis, quæcumque ob-  
lectate nos possunt in terris; si  
quidem non affici nec moveri re-  
bus, quæ ipsam concernunt, ma-  
nifesta est maximæ indevolutionis  
nota, & hæc nota nonnisi pessima  
esse potest, cōquid finalē redi-  
let reprobationem.

Si Historici referant nobis, mor-  
tem oppetiisse quendam Patrem ex  
abundantiâ amoris & gaudij, cum  
videret ambos suos filios reportasse  
éodem die insignes duas viætorias,  
& propterea locupletatos honori-  
bus, coronatos lauris, celebratos  
laudibus à toto Amphitheatro: Cor-  
nāque ipsius, quod magis seipso  
ambbat illos, cum sui abundantia  
gaudij continere non posset,  
extendit se ultra potentia suæ na-  
turalis limites; sèque magis exten-  
dens quam posset ob vehementi-  
am voluptatis, quæ profundebatur,

R. P. Isaac Consultor: Tom. III.

succeebuit sub pondere felicitatis  
suæ, mox exspirans, suāque fi-  
liorum suorum triumpho sepeli-  
ens vitam. Quid igitur accidet cor-  
di tuo, si verè amaveris Sanctissi-  
mam Virginem? Si curæ tibi sit  
utilitas, quam debes ipsius gloriae,  
& veros filij erga propriam Matrem  
suam nutrias in te affectus, an id  
quoque non moriatur ex abun-  
dantiâ gaudij, dum ita referam  
intuetur ipsam gloriam, cunctis bo-  
nis atque honoribus?

Siquidem triumphus ipsius non  
est unius diei, qui paucis absolva-  
tur horis, sed est gloria quadam  
æterna, semper actualis durans per-  
petuò nec unquam finienda; non  
sunt hic lauri, quæ suum illicè per-  
dant viorem, sed diademata sunt  
immortalia, quorum pretiositas re-  
spondet Dignitati supremæ Impe-  
ratricis omnium Creaturarum; non  
sunt hic applausus particulatis cu-  
jusdam Amphitheatri; sed univer-  
sales sunt acclamations totius  
mundi, cœli & terræ, omnium  
temporum, totius æternitatis. An  
aspicere potes innumeros hosce  
honores, qui exhibentur Sanctissi-  
ma Virginis, & immensa hæc, quæ  
possidet, bona circa quod deficiat  
præ gaudio? Quanta miseria? Si  
ex eo cor tuum ne quidem aliquo  
moveretur affectu. Hem, saltem  
dole, tē nullum ejusmodi habere,  
ac totum obfirmatum esse circa ea,  
quæ concernunt honorem Sanctissi-  
ma Virginis, dum interim co-

Ggg ggg

lum

Iam & terra in ijs, post DEUM, maximam suam constituant felicitatem; minimum te pudeat, te obdurationis, ac insensibilitatis tuae nonnisi cum reprobis Dæmones habere socios; & si infamis hæc societas te nondum confundit, saltem confundete, quod confusione non sentias, & time, ne forsitan dirigitur ad te formidanda illa

sacra scriptura sententia: Non mori tui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum; Mauroiem illius discussionem relinquo tibi, dum interim consideratione prosequor amabiles amoris sacri vindictas in triumpho Virginis Sanctissimæ; quid ergo ulterius facere potest?

Videbis.

## ARGUMENTUM.

*Quinta Corona Sanctissima Virginis: Torrens deliciarum Domus DEI, qui effunditur in illam.*

### ARTICULUS VI.

S. Damiani serm.  
de Assumpt.

**M**Agnes Cardinalis S. Petrus Damiani, postquam conatus est describere nobis magnificum ac splendidissimum Introitum Filij DEI in regnum suum, in die admirabilis Ascensionis ipsius, magis adhuc devotionis sua zelum ostendit erga Sanctissimam Virginem: Ecce enim, quomodo loquatur de ipsa:

*Attolle jam oculos ad Assumptionem Virginis, & salvâ Filij Majestate, invenies occursum hujus ponte, non mediocriter dignorem; si quidem Filius non aspergit nisi Angelos sibi occurrentes; sed Mater aspergit ipsum DEVVM Angelorum in personâ sibi prodire obviâ, circumfusam cunctis principibus Curiaz sue cœlestis, seque excipere omni cum amore, omni cum gaudio, & omni cum reverentia,*

qua à tali Filio exhiberi potest. Mater sua quācumque talis Mater recipere metuerat ab ipso; Quis jam explicet reciprocos cordum ipsorum affectus, perfectamque illorum conformitatem? Ipsa soli id nōrunt, Angeli admirantur, sed nobis est incomprehensibile: Affirmati solummodo potest, relaxisse ex hoc summam & præcipuam amoris divini vindictam: *Sic Amor vindicat.*

Sed nōnne huic adjici potest, Omnes quod non solum omnes Angeli, creaturæ omnésque Beati Cœlorum Inquit, sed etiam tota terra, omnesque homines, saltem illi, quibus que aliqua pietatis Christianæ est urent, ad gloriam non cessant & nondum colunt, triumpfent indec adiçere splendorem, ipsum quem possunt, gloriæ triumphi ipsius, & saltem suis applausibus, fuis

lais ad gratulationibus gaudiorum ipsius accumulate abundantiam : Cuncta tempora , quæ effluxerunt ab introitu ipsius in cœlum , contribuerunt iuxta vias suas ipsius honori , ipsius exaltationi , ac Beatae ipsius aeternitati : Nunquam defrèrunt attollere ipsius gloriam supra omne id , quod est infra DEVM ; nunquam Panegyribus ipsius imposuerunt metam : Et qui nōsset omnia ex verâ historiâ , quæ pietas fidelium ubivis terratum fuerit operata , videret forsitan nec elapsum saeculum , nec annum , nec diem , nec horam , forsitan nec momentum per omnem durationem temporum , in quo plures homines in terris non actualiter fuerint occupati , vel cogitando de illâ , vel loquendo de illâ , vel declamando ipsius laudes , vel ipsam orando , vel ipsi inserviendo alia quâdam ratione : Et inde est , quod Bernard. Sanctus Bernardus dixerit , esse ipsam negotium omnium saeculorum ; id est , elogia excellentiarum ipsius absque intermissione & absque fine non minus decantanda esse in terris , quam in cœlis ; ipsamque verè esse , uti nuncupatur à Leone Imperatore , Panegyrum omnium saeculorum ; adjungerem lubens , ipsam esse Panegyrum temporis & aeternitatis .

O DEVS , quam jucundam harmoniam , si quis audire posset , componunt eodem tempore & eodem loco diversæ voces , quæ

deprædicarunt ipsius laudes , omnes unitas & concordes omnes in eodem Choro Musico ! Quot miliones Patriarchatum , Prophetatum , Apostolorum , Sanctorum Patrum , tot tantorum que Doctorum Catholicorum enuntiarunt ipsam omnes Beatam & Beatorum Regnam , sicut ipsamet vaticinata fuerat in suo Cantico : *Ex hoc Beatam me dicent omnes generationes !* O si omnes Bibliothecæ in mundo haberent animam ; & si innumerabilis hic numerus librorum , quibus scatent , quicunque omnes ipsius repletur laudibus ; si omnes hī divites thesauri scientiarum , qui innumeratas complectuntur cogitationes sublimes , veritates raras , singulares pietatis affectus , & verba ponderosa , quibus exprimuntur : Si omnia hæc verba , quæ non loquuntur , sed perpetuo silentio manent sepulta , afflumarent voces , ad enuntiandum id simul & semel , quidquid unquam vel dictum vel cogitatum est maximi ac pulcherrimi de Sanctissimâ Virginie : Si de novo recluderent orationes omnium Prædicatorum ac Oratorum omnium , qui unquam locuti sunt de ipsâ , & enuntiarent clare ac omnes simul , quidquid enuntiariunt seorsim , & in diversis locis successivè ; quis diffitebitur , quin symphonia hæc tam universalis , tamque jucunda formatura nobis esset admirabile judicium de gloria , & immensis gaudijs aeternitatis .

Ggg ggg 2

95

Omnes  
creaturæ  
conducere  
sunt , quid  
quid poten-  
tia , ad  
gloriam  
triomphi  
ipsius

tis ipsius? Et tamen nec minimam adhuc comprehendemus ipsum portionem. Quid igitur faciendum, ut quid amplius intelli-

gator illorum? Non nisi unicum mihi restat punctum, quod caram, sed est magnum, quia concernit vitam æternam.

## ARGUMENTUM.

### Sexta Corona Sanctissimæ Virginis est Immortalitas Beata.

#### ARTICULUS VII.

Quantum  
desiderium  
sic vita in  
nobis,

**A**dentissimum Cordis humani desiderium est, conservare esse suum, & vitam suam, & conservare illam semper, nihil magis timet, quam mortem, & nihil magis desiderat, quam immortalitatem; ipsemel diabolus, quamvis miserrimus, amittere nollet esse suum; mavult adhuc calamitosam suam immortalitatem; unde dicebat ad DEVM, loquens de sancto Job: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ suâ. Probè novi maximum desiderium hominis; daret is omnia usque ad pellem suam ad conservandum suum esse, & vitam suam; & ideo maxima, omniumque summe Consolatoria est promissio, quam DEVS nobis facit de impertiendâ vitâ æternâ: Hec spes complectitur, quidquid magis suave habemus in hâc vitâ, sed possessio ipsius replet gaudiom omnes Beatos in cælo, eòquod fruantur hâc vitâ cum certitudine, quod sit æterna, & finienda nunquam;

Verum est, omnes ipsam possunt. Job. 2. v. 41. Abundantia gaudijs Beatorum, sed quoddam certi sunt, vi tam suam esse certam.   
dere, sed cum certâ mensurâ, quæ aequalis non est in omnibus. Magnus Oceanus hujus vitæ est DEUS ipse, hoc non debetur nisi ipsi Ioh. 3. sed hujus effundit fluvios è sinu suo, ut suis ipsam communicet creaturis. Et sanctus Joannes in Apoc. 20. Apocalypsi affirmit, sibi ostensum vers. 3. fuisse fluvium aquæ vitæ, qui procedebat de Throno DEI, velut è suo fonte, & ex utraque parte fluvij plantatas fuisse arbores, quæ bibebant per radices suas ex hâc aquâ, & cùdem ipsius vivebant vitâ; sed nulla in particulari trahebat ad se totum fluvium, nec omnes simul poterant illum exhaustire; multò autem minus exhaustire potuissent totum Oceanum, unde procedebant. Nonne videtur hæc vobis egregia imago vitæ immortalis, quâ fruuntur omnes Beati, plantati solidè, ut evelli nunquam possint è litore hujus fluvij vitæ divinæ, unde quilibet tantum trahit, quantum habet capacitatî ad recipiendum illam? Videres hæc opus.

nes Beatos, à primo usque ad novissimum, plantatos in pulchro ordine juxta amictum hunc fluviū vix, alios quidem proximiōtes fonti, alios magis ab ipso remotos.

Abundantia vite divine Sanctissimae Virginis est absolu-  
tē incom-  
prehensibili-

Sed ne inquiras inter illos Augustissimam MARIAM Matrem DEI: Non est ipsa in ordine servorum, eoque locū incomparabiliter major debeatur Matri: Attius attolle oculos, & videbis ipsam totam plantatam in medio magni Oceani vitæ divinæ; Id quod omnes simul ex eâ possident, est fluvius; sed quod ipsa sola illius possidet, est totus Oceanus. O magnitudinem! O immensitatem vite æternæ, quam possidet divina Mater, Virgo MARIA! Quā es admirabilis! Non dico, quod includat ipsam totam integrum in seipsa, sicuti DEVS; sed ut dicam tibi, quanta sit ipius capacitas & amplitudo, DEVS solus cognoscit illam. Nobis solammodò constat, quod ipsa complexa fuerit castissimo utero suo illum, quem cœli cœlorum capere non possunt: Et delaper meditare totâ vitâ tuâ; philosophare & discurre, quantum volueris, ut comprehendendas capacitem, quam contulit illi Deus ad possidendum amplissimè & largissimè vitam æternam ac Beatam; post omne adhibitum studium, fateberis tandem, id esse impossibile: *Ne laboreatis, non enim comprehendetis.*

Iesu. 43.  
v. 34.

Unum est, quod juvare nos possit, ad obtinendum saltem levem aliquam circa hoc conjecturam; & est pulchritudo coronæ, quam portat ipsa in capite. Refertur, Græcos olim devotissimos Sanctissimæ Virginis, nunquam imposuisse alias quam Coronam, nec auream, nec argenteam, nec è margaritis nec è lapidibus pretiosis Imaginibus ipsius; sed inscripsisse solum fronti ipsius litteris aureis unicum hoc Verbum Theotokos, id est, Mater DEI. Ecce pulcherrimam ipsius Coronam; & etiam verum est, ipsam infinita ratione transcendere gloriam omnium diadematum quorūcunque pretiosissimorum. Jam quando dicas, DEVUM ipsum esse velle propriam ipsius Coronam; quando cogitas, Filium Unigenitum Patris æterni, quem Sanctus Paulus nuncupat splendorem gloriae Patris, esse veram Coronam Filius Dei Matris suæ: Metite magnificentias splendor ejus, ex magnitudine Coronæ ejus gloriae Patris æterni, siquidem creditur Majestatem est propriæ Monarchæ in ipsius consistere Coronam) Judica ergo illam Sanctissimæ Virginis ex magnitudine gloriae ipsius; enumera ipsius divitias & etiam amplitudinem æternorum gaudiorum, quæ possidet ob diadematis sui dignitatem; quid dicere poteris, nisi ipsam immensam esse, illam apparere tibi velut infinitam, hæcque omnia transcendere, quidquid intellectus tum Angelorum, tum hominum concipere.

Ggg ggg 3

sc

re unquam posset : Id totum, quod posthac dici posset, quodque videretur forsitan intelligi paululum

melius, erit multò minus : Nihilominus omittendum non est, facere de illo verba.

## ARGUMENTUM.

*Divitiae, qua exornant Coronam Sanctissimæ Virginis.*

## ARTICULUS VIII.

**S**anctus Joannes affirmat nobis in Apocalypsi, quod videtur ipsam portantem in Capite coronam stellarum duodecim. Sed stellarum duodecim comparari non possunt Soli, siquidem hæ non apparent in præsentia ipsius. Quid igitur sibi vult, quod Corona Sanctissimæ Virginis demonstrata fuerit Sancto Joanni per splendidas potius stellas, quam per splendores ipsius solis? Ideo, quia alia est ratio stellarum spiritualium, alia materialium; hæ amittunt splendorum suum in præsentia solis, quasi hic ita esset zelotypus ipsam gloriam, ut sufficeret non posset aliud adesse fidus, ubi est ipse; sed stellarum spirituales totum oppositum tenent, nunquam melius resulgent ipsæ, quam si sint in præsentia Solis divini, eoque totus illarum splendor oriatur ex oculis ipsius, eumque non conservet, nisi illas aspiciendo.

*Corona  
Sanctissimæ  
Virginis  
componi-  
tur è stellarum  
duodecim;*

Ecce igitur, è quibus auspicato occursum componatur pretiosa quædam Corona Sanctissimæ Virginis. Sol divinus, qui est Filius ipsius Unigenitus, constituit quasi cor-

pus Coronæ ipsius, & duodecim & quales stellarum, quas accedit eodem suo signe, sunt velut duodecim pretiosi carbunculi, quæ pulcherrimæ adornant ipsam, non ut reddant ipsam magis pretiosam, sed ut aliquid ipsi adjiciant decoris. Nôste procul dubio voles, qualesnam sunt hæ stellarum? Non sunt astra buc materialia affixa cælis, quæ non minus conspicienda se exhibent oculis bestiarum, quam oculis hominum: Sed Propheta Daniel respondet tibi, illa esse magna haec Firmamenti Ecclesie Lumina, quæ universum illustrârint Orbem, afferentia ubivis gentium ingentem splendorum cognitionis DEI: *Qui Daniel. 134 ad justitiam erudiant multos, subgebunt sicut stelle, in perpetuas aeternitates:* Stellarum sunt Doctores Catholicæ, stellarum sunt Pastores, habentes zelum pascendi oves suæ bonâ doctrinâ; stellarum sunt Prædicatores Sancti Evangelij, quorum numerus est major illo stellarum cæli; & lumen illorum splendens est absque comparatione, eoque quod Spiritus DEI promittat ipsis, resulsurum illud in perpetuas aeternitates.

mitates. Prædicatores, qui estis lux mundi, si bene consideraretis vestri dignitatem munieris, quanto sancti cuiusdam zeli ardore vos videtis accensos!

Sed ultra innumetabilem hunc stellarum numerum, duodecim illustrium sunt præcipue, singulares, & incomparabiliter splendidiores cæteris omnibus: Et sunt duodecim Apostoli, quos ipsemet Iesus Christus collocavit propria manu sua in Firmamento Ecclesiæ suæ, velut astra præcipua, quibus illustrare volebat universum Orbem: Ipsam imposuit illis gloriosam hanc provinciam, dum proprio ore suo dixit illis: *Sicut misi me Pater, & ego mitto vos.* Accipite eadem diuina lumina, quæ dedit mihi ad illustrandum mundum, Communico vobis illa, ut apportetis ad cunctas Nationes Orbis, & prædicetis Evangelium omnibus Creaturis; *Prædicate Evangelium omni Creatura.* Ecce Apostolos efformatos manibus Domini nostri, qui sunt tam exquista opera gratia ipsius, ut Sanctus Thomas ipsos excludat ab omni comparatione, & severè reprehendat illum, qui comparare voluerit, quempiam alium Sanctum cum Apostolis. Ipsi igitur duodecim stellæ sunt maximæ magnitudinis, quæ componunt vel potius condecorant Coronam Sanctissime Virginis.

*Consilie Carthaginæ* Sanctus Bernardus affirmat, Santos Apostolos saepius consuissent

ad Sanctissimam Virginem in du lib. 10.  
bijs suis, certitudinem habere vo hom. 14.

Lentes de mente ac intentione Domini nostri circa punctum aliquod Religionis: Facta ficerat ipsa particeps omnium arcanorum Cordis ipsius; receperat ipsa magnâ cum reverentiâ, & conservaret magnâ cum solicitudine in corde suo omnia verba, quæ audierat ex ore ipsius: Verisimillimum igitur est, ipsam plura eorum scivisse omnibus Apostolis; Et Zacharias Chri *Zachar.* in stopolianus tantum illi attribuit *Monocella-* scientia & doctrina, ut affirmet, *ron.* ipsam nihil ignorasse eorum omnium, quæ Salvator noster docuerat, nec omnium eorum, quæ se scivis sola, cerat, nec eorum, quæ alij de ipso dixerant; quodque ex his omnibus confecerit pretiosum quendam thesaurum, quem conservabat in memorie sua scriario, ut exigente necessitate referre posset omnina, quæ ex ordine acciderant, & attestaretur illorum veritatem iis, qui eam scire desiderabant. Eusebius *Euseb.* Emissenus grates exsolvit illi missi de pec-  
dit & in nomine totius Ecclesiæ; Et nos *vent.* JESU quoque summe obstringimur ex in Templo. solvere ipsi grates cum illo, eoque conservaverit nobis tantas, tamque magni ponderis veritates in corde suo, quarum absque illâ nunquam habuissimus cognitionem: *Nisi enim ipsa conservasset. non haberemus.*

Interrogas, cur dicatur, quod Apostoli coronati tot millesimis co-  
ronis,

*Joan. 20 v.*  
21.  
Duodecim  
stellæ sunt  
duodecim  
Apostoli  
juxta Bern-  
ardinum  
Bustensem  
*part. 12.*  
*Leron. 1. 2.*  
*part.*

*Consilie*  
*Carthaginæ*  
Universitäts-  
BIBLIOTHEK  
PAADERBORN

ronis, ipsimet sunt duodecim stel-  
lae constituentes pretiosam coro-  
nam sanctissimæ Virginis? Respon-  
deo, id esse ob eandem rationem,  
quam habuit Sanctus Paulus dicen-  
di ad Philippenses, quod essent gau-  
dium & corona ipsius, eoque illi  
los instruxerat in fide, & lucratus

Philip. 4.  
v. 1.

Non imme-  
tiò aspici-  
mus Apo-  
stolos velut  
duodecim  
stellæ co-  
rouæ san-  
ctissimæ  
Virginis.  
lucrata m̄ suis ipsam magnam par-  
tem Apostolorum, ad componen-  
dum ex ijs. Collegium Salvatoris  
nostræ; aliquos, quia erant proprij  
ipsius cognati & propinqui; alios,  
quia obtinuerat illis precibus suis  
gratiam vocationis ipsorum ad A-  
postolatum; Hæc sufficiens jam  
est ratio, cur Apostoli vocentur  
corona ipsius. Sed quando hoc  
ad eò certum non esset, verum sem-  
per est juxta communiorēm San-  
ctorum Patrum opinionem, ipsam  
instruisse illos de rebus multis,  
quas ignoraverant, fasce ipsiſ ſ  
Consilijs, & dixerit iplos pra-

sentiā suā prorsus coelesti; animaſ-  
fe & exstinctiōne ipſos divino zelo  
ſuo, & optimè dici posse, quod  
cum plurimum contribuerit cum  
Elio ſuo Unigenito ad Redemptio-  
nem, indeſet laboraverit cum  
Apostolis ad Conversionem mun-  
di. Sancta Birgitta in revelationi  
ſ. Birgitti  
bus ſuis tam ingentibus exortat in ſerm. Aa-  
ipsam elogij, ut attribuere illi vi-  
deatur gloriam boni universalis ro-  
tius Ecclesiæ; ſiquidem appellat  
ipſam Magistrum Apostolorum,  
robur & Constantiam Martyrum,  
directicem Confessorum, clarissi-  
mum ſpeculum Virginem, ſolarium  
vivorum, fulcrum & ſuſtentacu-  
lum solidissimum orarium fide-  
lium: Omnis inque in fide Catho-  
lica perfeccissimam robotricem.  
Nōnne igitur multo majori cum  
veritate dicere potest omnibus:  
Ves estis corona mea, gloria mea,  
gaudium meum.

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Omnes Sancti sunt Corona Sanctissima Virginis;  
& melius diceretur, quod omnes Sancti ſuas proſternant  
coronas ad ipsius pedes.*

## ARTICULUS IX.

Angelis.

**M**ARIA est, cui post JE-  
SUM Christum omnes  
Beati debent omnem,  
quam possident, felicitatem. Oma-  
nes novem Angelorum Chori gra-

tes rependunt illi, eoque tam ef-  
ficaciter ad reparacionem ruinarum,  
quas superbia supremi Angeli ipſis  
conciliaverat, contribuerit viden-  
tes, quod ipsa mediante ſedes,

que

qua vacua remanserant ob rebellium disertionem, quotidiè repletur à rotantisque animabus Angelicis & Seraphicis.

Patriarchæ: Illi omnes Patriarchæ Veteris Testamenti se obligatos agnoscunt, ob universas benedictiones, quas receperunt à Deo, velut avi & atavi, ac Majores ipsius.

Ipsi Apostoli, Doctores & omnes Pastores Ecclesie rependunt grates, eòquod pepererit ipsius lumen nundi, ex quo hauserunt ipsi omnes celestes cognitiones, quas impetravit auct hominibus.

Ipsi Sancti Martyres se devinatos profitentur ob invincibilem hanc fortitudinem, quâ triumphaverunt de Tyrannis.

Ipsam denique omnes Sancti Confessores, Virgines, Eremitæ, & universum omnes Beati summam cum veneratione aspiciunt, velut fontem felicitatis suæ æternæ, post unicum Salvatorem, quem ipsa dedit illis, & ex æquissimo gratitudinis affectu prosternunt illi coronas, ad profundendum, ipsam verè esse Reginam suam, & Reginam universi Cœli Empyrei.

Tota Ecclesia veneratur ipsam in cœlis, velut fidelis Echo vocis ipsius, vel velut secundus Chorus Musices ipsius, non desinit proclamare ipsam Reginam & supremam Dominam, plenâ voce cantando, ipsamque ubivis terrarum nominando. Reginam Angelorum, Reginam Patriarchatum,

R. P. Iustus, Confessor, Temp. III.

Reginam Prophetarum, Reginam Apostolorum, Reginam Martyrum, Reginam Confessorum, Reginam Virginum, & exiū recolligens omnia hæc Elogia, concludit unico solo, illa omnia complectente: Regina Sanctorum omnium. Et ut claudantur omnia per venerabundos ac tenerrimos affectus Sanctorum Patrum, qui omnes applaudunt ipso; cum maximo gaudio eam contemplantes in superma hac sublimitate gloriae, quæ circumfundit ipsam; in immensitate hæc divitiarum, quas possideret; in vasto hoc Oceano æternarum deliciarum, quibus fructut abundantissimè in æternum; quilibet loquitur ipsi ex abundantia cordis sui, & quivis effundere contra omnia desideria animæ sua ad pedes illius.

Magnus Cardinalis Sanctus Petrus Damiani, quavis semper eloquentissimus, non tamen est fastidio pro voto suo, quando loquitur de Assumptione Virginis Sanctissimæ. Optaret ipse dilatari intellectum suum, ad effundendum liberalissimè omnem fecunditatem pulcherrimarum cognitionum suarum maximam cum libertate & abundantia. Exoptat is ori suo flumen eloquentie, sed eloquentia, quæ tota sit aurea, & tota plena tum suavitate, tum maiestate. Deprecatur ipse Martrem hanc Admirabilem, quam exornat prærogativa, ut esset depositaria totius

Hhhhhh the-

thesauri sapientia & scientia DEI,  
id est, Verbi aeterni, quod est Eloquentia infinita Dei, ut conferre  
fortitudinem suo intellectui, suo  
suavitatem discursus, & divitias lingua  
sue, quatenus adjuvetur ad pa-  
riendum jucunditer id, quod con-  
ceperat in corde suo: Dei Genitrix,  
Domina mundi, celi Regina: ipsa  
sensem acuat, dirigat stylum, &  
linguam pauperis venustiori resper-  
get eloquio. Et postquam tran-  
scenderet semetipsum in Expositio-  
ne, quam facit de magnificentijs,  
quas possidet in celo, convertit se  
ad nos, nobisque dicit: Hic fra-  
tres mei, omnium nostrum corda  
impleti debent gaudio prossimis cœ-  
lesti & superabundanti, quando lo-  
quitur de magna hac Dominâ, qua-  
dum regnat ibi in regno Dei tanta  
cum gloriâ, vult quoque hic esse  
Domina & Regina specialis cor-  
dium nostrorum: que singularem in  
cordibus nostris sibi vendicat prin-  
cipatum. O Deus, quanta gloria  
est nobis talem habere Reginam!  
Et quam inseparabilis felicitas,  
quod capere dignetur ipsa posse-  
sionem hujus imperij, ut id conser-  
vet, id defendat, idque gubernet!  
Quis non estimabit se magis feli-  
cem, magisque honoratum, ex  
eô, quod ipsis sit subditas fidelis,  
quam si esset Regum terræ ma-  
ximus.

Permitta- ximus.  
mus sanctis. Sed non permittamus, ut insi-  
simā Virgi- gnis hęc prærogativa in iudicium  
nem Reginę veretur nobis ab recordem BE-

stram ingratitudinem; non reddimus esse cordia-  
mus nos indignos protectione ejus, nostrorum,  
deserendō devotionem erga ipsam,  
negligendō illius famulatum, non  
atrabamus supra nos indigatio-  
nem ejus, relinquendō ipsius cau-  
sam, & amplectendo velut rebel-  
les illam inimicorum ipsius; perda-  
mus potius vitam, quam fidelita-  
tem, quam ipsi debemus. Illa tam  
potens est Regina ad protegen-  
dum suos, tam benefica famulanti-  
bus sibi, tam amabilis erga omnes  
subditos imperij sui, ut felicitas,  
quā quis spectat ad ~~am~~, majoris  
sit maxima quāvis mundi felicitates  
adnitamur nos indies magis conse-  
crale devotioni ipsius; ita habe-  
mus cordi emolumentum illius, ut  
magis satagamus illis, quam no-  
stris; gaudeamus magis aspiciendo  
ipsius magnificentias, quam si pisi-  
met possideremus illas; & deliciae  
xterez, quibus ipsa in perpetuum  
inebriabitur, tam amabiles nobis  
sint, tamque pretiosz, ut verē  
constituant saevissimum cordium  
nostrorum consolauorem.

Dicamus ipsi sapè ex tenetimo Guerricu  
viscerium nostrorum affectu id, form. 3. de  
quod Guerricus Abbas dicebat illi, Allumpt,  
applaudens gloriæ Triumphi ipsius  
in die Allumptionis ejus: Perge  
**MARIA**, perge secura in bonis Fi-  
lii tui: fiducialiter age tanquam  
Regina, Mater Regis & sponsa, qua-  
si diceret: Ito, ô divina MARIA,  
progredere confidenter, accedito  
libere plenam possessionem ome-

nium bonorum Unigeniti Filii tui,  
age cum au<sup>r</sup>oritate Reginæ, utere  
illis cum confidentiâ Matri, dispo-  
ne de omnibus cum potestate  
sponsæ magni Regis Regum, nulli  
pro te sunt limites, nulla respectu  
tui obtinet locum partitio, totum  
regnum, & tota potentia tua est;  
omnes divitiae, omnisque cœle-  
stium voluptatum abundantia le-

gitimo jure spe<sup>c</sup>tant ad te, eòquod  
Filia, Mater & Sponsa: *Indivi-  
sum habere tecum cupit imperium,  
cui tecum in una carne & uno spiri-  
tu indivisum fuit pietatis mysterium:  
Vive, regna, posside in eternum,*  
dum interim nos aliud non facie-  
mus in terris, nisi tuis applaudere,  
ad gratulari magnificentijs.

\* \*

## ARGUMENTUM.

### *Consideratio moralis circa dicta in hoc Articulo.*

#### ARTICULUS X.

**P**orrige jam manus & accipe  
fructum non solum hujus  
Articuli, nec hujus solius ul-  
timæ Consultationis, sed plurima-  
rum, quæ hanc præcesserunt.

Qui sper-  
nat devo-  
tionem, sunt  
homines ri-  
fidigati.

Perpende mente seriâ, immunis  
ab omni obstinatione & errore,  
quodnam sit maximum & præci-  
puum tuum negotium in hoc mun-  
do: Nónne est placere Deo, &  
salvare animam tuam? Et vide,  
quām cœci sunt, qui contemnunt  
devotionem; Judica, quantum o-  
mni sanæ menti adversentur, qui  
credunt, quod abjecta & inutilis  
sit occupatio, devovete se exerci-  
tijs pietatis, orationi bonorum li-  
borum lectioni, mortificationi  
suarum passionum ac sensuum, re-  
citationi Coronæ aut Rosarij, &  
similibus; quique dicere interdum  
audent, nonis fœminatum esse

amplecti devotionem, eòquod hæ-  
cateant habilitate magna exantlandi  
negotia. Examina bene & peni-  
tiūs pondera, quām alieni fiat e-  
iusmodi discursus non solum ab  
omni Christianâ pietate, sed etiam  
à fano sensu & ratione; quid enim  
magnum est & ponderosum inter  
omaia negotia hominum, quām  
exercitia pietatis & devotionis?

Quando nobilis quid agunt, Non est  
quām dum agunt cum infinitâ Ma-  
iestate Dei? quando infundant o-  
peri magis Excellentia, magisque exercitio  
necessario, quām dum invigilant devotionis  
magno negotio æternitatis luce?  
quando ampliora nanciscuntur vi-  
dentiis fortunæ commoda, quām  
quando locupletate se student,  
comparando sibi regnum DEI? &  
quando immortalem sibi acquirunt  
gloriam? quando infinitorum bo-

Hhh hhh 2 norum

norum evadunt possessores? Et quando aperiunt sibi portam ad intrandum in gaudium ipsius DEI, nisi quando serio incumbunt exercitiis devotionis? an appelles id opus abjectum, occupationem despiciabilem, quæ non nisi ignavos ac pusilos deceat animos? an dices, nonnisi illos, quibus magna tractandi negotia non est facultas, incumbere devotioni, velut rei, quæ agi possit in terris, minimæ? quæ igitur sunt magna hæc negotia, majoris momenti ac ponderis, quam illa? Dic nobis, quæ magis digna æstimes procedentis alicujus virti occupatione? Quare ubivis, scrutate omnia, maturè pondera omnes status & conditiones, & cuncta hominum negotia, à Regibus, qui resident in solijs, usque ad novissimum remigem in navi- gij; compara successivè omnes has conditiones, cum conditione & negotio veri alicujus devoti, & videbis superare hanc ceteras omnes absque comparatione.

*Omnia ne-  
gotia mun-  
di simul  
menti non  
sunt. quan-  
ti verade-  
votio.*

Nec sit tibi satis comparare illas omnes in particulari, sed sume omnes siue, nec unicam illarum occupationum omitte, illasque coacervatas in lance alicujus libra pondera, & in examen mitte cum unicâ & sola devotio, & videbis illam solam majoris esse valoris, solam majoris momenti, solam majoris emolumenti, solam majoris glorie, solam majoris felicitatis, & denique solam majoris operationis & effica-

ciae in rebus agendis, quam omnes alii simul absque illâ; & exim judica, an dicere vel cogitare, quod devoteo sit res despicibilis, ridicula non sit, & omnis expers rationis?

Ulterius adhuc progredere, & cotipata devotionem unius solummodo veri servi Dei cum omnibus negotijs, sive parvis, sive mediocribus, sive magnis, sive majoribus, sive maximis omnium hominum, qui existant adhuc, vel qui unquam extiterunt in terris à creatione mundi, sed qui catuerint devotione, & videbis unicam solam bonam animam absque comparatione habere plus ponderis, plus valoris, plus meriti.

Sed nolo resumere totam vitam *Unicum* alicujus animæ devotæ, nec omnia lumen bonum devotionis Exercitia, imò nec unicum solum diem; propono tibi nonnisi unicam opus bonum ab ipsâ Exaltature, compara hoc & *Opus devo-  
tum majo-  
ris est omni-  
bus nego-  
tiorum* *Exaltatura*, compara hoc & *Exaltatura* mundi per eundem *Exaltatorem*, & probè experite, quanti valeat; & videbis valere id Paradi-

sum, & valere id solum tantum, ut promereatur possessionem æternam infiniti boni pro eo, quod certa omnia absq; devotione, etiam in multitudine suâ, & magnitudine apparenti totum obruant mundum, valeant nihil, nec mereantur vicio nem DEI vel unico momento.

Advocate huc omnes sapientes mundi, congregate huc & adunante maxima quæque ingenia, consu-

lite

Vide, an huc  
illugere  
possit.  
lite & deliberatè cum illis desuper  
examineate penitus magnam hanc  
& ponderosam veritatem: Super-  
naturale præpondorat omni eo, quod  
est naturale; *Divinus* præpond-  
rat omni eo, quod est humanum;  
eternum præponderat omni eo, quod  
est temporale; *Salus* præpondorat  
ceteris omnibus. Quid responde-  
re potestis ad hoc? impendit em-  
inem ingenij vestri acrimoniam, ad  
excitandum bonam aliquam ra-  
tionem humanam, qua propugnet  
vos adversus validissimam hanc ra-  
tionem divinam; non poteritis;  
omnis sapientia hominum suppeditare  
vobis poterit nec unam; &  
postquam bene suerit agitata, suc-  
cumbe tandem debet & cedere  
veritati.

*Considera-*  
*tio valde*  
*signi pen-*  
*itatis.*

Fatendum illi erit, nil esse in  
terris tam magnum, tam spectabi-  
le, quod comparari possit veræ  
devotioni bona alicujus animæ: Quis est tam cœcas, ut id non vi-  
deat, quis tam insanus, ut contra-  
dicere audeat? Afferendum tan-  
dem est, ex omnibus mundi occu-  
pationibus esse optimam, amplecti  
devotionem solidam, sinceram &  
veram; conditionem uarius duncta-  
xat animæ devote meliorem esse  
conditione omnium Regum terre,  
plurisque æstimandum esse novissi-  
mum servorum Dei, quana esse  
supremum Monarcham totius hu-  
jus mundi inferioris. Urgeo adhuc,  
ut res bene consideretur; Nonne  
verum est, illam solam plus lucrari

cunctis mercatoribus, qui negotian-  
tur in universo orbe; ipsam solam  
majori pollere sapientiam, quam o-  
mnis Ministros Curiarum, quos  
consultunt Principes velut oracula.  
Tandem enim verum est, quod,  
quidquid agunt homines pietatis &  
devotionis expertes, nihil agant,  
nisi quod se reddant æternum miseri-  
tabiles; quodque, quidquid agit  
bona anima, modò sit verè devo-  
ta, agat omnia, edquod sibi com-  
paret possessionem boni infiniti in  
omnem æternitatem.

O bone Deus! O amansissime  
Deus! Indulge coecitati universalis  
hominum; effunde unicum divini  
tui luminis radiolam super tenebras  
nostras: *Dene meus illuminatene-*  
*bras meas:* O si misera mundi  
mancipia apercent aliquando oculos  
ad aspiciendum magnam hanc  
veritatem, que complectitur om-  
nes alias: *Non nisi uni Deo tibi ser- Psalm. 17.*  
*viendum;* *Non nisi una anima tibi 7. 19.*  
*salvanda;* *Non nisi una beata ato-*  
*nitas tibi lucranda;* hoc bene scire,  
est omnia scire; hoc ignorare  
est omnia ignorare; facere bene  
hoc solum, est omnia facere; in-  
termittere hoc solum, est nihil fa-  
cere, nisi perdere Deum, perdere  
suam animam, & perdere æterni-  
tatem suam beatam, ad præcipi-  
tandum se in æternum in æternita-  
tem infelicem; & exiā videbis,  
an deinceps adhuc vel dicere, vel  
cogitate sis ausurus, devotionem  
tem esse abjectam & despicibilem,

Hhhhhh 3      nec

nec idoneam nisi animabus ignavis,  
quæ nullam conficiendi negotia  
magna habeat capacitatem:

**E**xercitium Exanta & perficie negotia con-  
facile & ditionis tuæ, sed nihil intuere in  
valde utile.

Exanta & perficie negotia con-  
facile & ditionis tuæ, sed nihil intuere in  
valde utile. illis magnum, nisi solam voluntate  
Dei; contemne illa in scipis,  
tanquam res nihili, quæque non  
spectent ad te; Sed aspice in om-  
nibus adorandam voluntatem Dei,  
quæ estimare te faciet illa, & ome-  
nia etiam minima curare, solicite,  
tanquam negotia Dei: Non inten-  
de alteri, nisi commodi & utilita-  
ti illus, nec prætende quid aliud,  
nisi ut perfectè placens supremo  
Domino tuo, perficiendo id bene,  
quod mandaverit tibi: Memineris  
id ipsum quantocum finendum, nec  
quidquam aliud te amplius curatu-  
rum; permitte mortuos sepelire  
suos mortuos, desetes mundum  
cum omnibus ipsius negotijs, com-  
mittet is illa cuiquam alteri; siqui-  
dem is non indiget tui, nec tu in-

diges illius: Videbis tunc, omnia  
ipsius negotia non fuisse tua, eò-  
quod illa non sint æterna, & nego-  
tium tuum etiam non fuisse ipsius,  
eòquod illud non sit temporale;  
Siquidem, uno verbo, nisi magis  
est verum, quamvis nil minus sit  
cognitum, minùsque credatur,  
quam sequens effatum: *Omne quod  
non est æternum, non est anima  
immortalis negotium;* non debet  
igitur illius fulcipe curam, non  
estimare illud, & non nisi contem-  
ptim aspicere; devotio est magnum  
ipsius negotium; pietas, quæ ex-  
stimulari debet in omnibus, quæ  
agit est præcipuum & magis pón-  
derosum ipsius negotium; Cura sa-  
luti sua æternæ est maximum &  
unitum ipsius necessarium; Exte-  
ra omnia non aspiciat, nec mini-  
mum quid cureret. Beata, & milles  
magis, quam exprimi possit, beata  
anima, quæ bene hanc comprehen-  
dit veritatem.

### S. Unicus,

## Quomodo Anima immortalis tractare debeat in tempore negotia æternitatis sua.

**S**eminamus. **S**ed de cætero, quamvis anima  
in tempore, immortalis aspirare non de-  
bet, nisi ad æternitatem, nihiló-  
minus se estimare non debet inse-  
licem eòquod se videat consticta,  
& veluti captivam in tempore, in  
hoc enim præstare potest mira, ja-  
ciens largiter & incessanter in ter-  
ram æternitatis sua beatæ semina,

que olim colligeret & recipiet in cœ-  
lo; dumodò devota sit dumodò  
unico suo bene intendat negotio,  
dumodò bene suum collocet tem-  
pus, utiliter laborandò, uti facere  
potest absq; illa quasi difficultate.  
O mi Deus, quam dives evadit hæc  
animal! sive non faciat nisi hoc solù,  
sive alia negotia conficete debeat in

vix

vita praesenti ( patrum interest, modo sit vere devota ) tam magna enim & mita patrare potest in tempore , pro aeternitate , & acquirete absque labore multo tam ingentes divitas , ut , qui signifikat illas , & illarum asperceret abundantiam , percelleretur horrore , nec illam comprehendere posset . Sed intuitus hic tam suavis , tamque consolatorius est , ut anima totius mundi recordissimam admirabili accenderet Zelo , qui que infatigabili reddebet ipsam in continuis exercitijs devotionis .

Quis est , quem non allicit magnum hoc Sancti Pauli Apostoli effatum : *Momentaneum hoc & leve , aeternum gloria pondus operatur in nobis :* Dicit nobis , quod momentum leve praesentis , & infelici vita preferat & parat nobis pondus aeternitatis beatae . Salomon , qui Rex erat tam potens , tamque magnificus , non donavit Hiram nisi Viginti pagos vel oppida in terra Galilaea pro viginti annorum servitijs , quae illi impendit . Sed Deus , qui Monarcha est infinita ratione maior & ditor , impeditur servis suis totum Regnum suum pro metende exiguum servitiorum , quae impendunt ipsis , non solum , quamdiu vivunt sed remuneratur unius diei labore , centies milenorum annorum proemis . O munificentiam boni Iudas Domini ! quis non exastuet de fiderio sua ipsis exhibendi servitium ?

sed plura adhuc facit ; siquidem remuneratur horas , & non horas solum , sed momenta tota & integrâ aeternitate , de quo certus sum per hoc Sacrae Scripturæ oraculum , quod est infaillibile : *Momentaneum hoc & leve , aeternum gloria pondus operatur in nobis .* Verum de quo momento loquitur & loquitur de omnibus , siquidem nec unicum est in vita , de quo id aquæ non dici possit , ac de altero . Jam cogita & vide , quoque te id deducere poterit .

In quolibet anno vita tua numeras trecentos , sexaginta & quinque dies , & quilibet dies complectitur virginis quatuor horas ; habes igitur in quolibet anno octo millenas , septingentas , sexaginta & sex horas . Jam quilibet hora diei includit sexaginta minuta ; habes igitur in quolibet vita tua anno , quingenta viginti quinque millia , nongenta & sexaginta minuta vel momenta ; & ex tota hac multitudine nec unicum solum est , de quo affirmari non possint eadem cum veritate , praesata Sancti Apostoli verba : *Momentaneum hoc leve , aeternum Quid momenta gloria pondus operatur in nobis :* mensa vita tua eximodò , dum transire recipiat semen aeternus operis . In devoti & fio Dei , impij nihil in eo seminant , & consequenter nihil etiam nec metent , nisi coronas aeternas . *Sicutus Sanctus Paulus nobis dicit , nos nihil mes furos in aeternitate , quod non se mina .*

i. Cor. 4.  
v. 17.

Bene re-  
muneratur  
liberalius  
homines.

minaverimus in tempore : *Quo-  
anim seminaverit homo, has & me-  
tet.* Sed si verè devotus es, si  
agere studes fidem servum Dei,  
si tibi ipsi invigilas, sine intermit-  
tione applicando te exercitijs pie-  
tatis, replere potes omnia tua  
momenta pretioso hoc semine,  
quod proferet tibi pondus æternæ  
gloriarum ; volo dicere, illa omnia,  
ubi agis cum libertate & attentio-  
ne ad id, quod agis, quod facere  
potes facillimè ; siquidem tan-  
tum abest, ut aliquam tibi id pas-  
sat difficultatem, ut potius ma-  
gno tibi futurum sit adminiculo,  
ad faciendum, quando ceu scopu-  
m præfixeris tibi Deum, & ha-  
bueris intentionem promovendi  
magnum negotium salutis tuæ : si  
laboras, labora pro Deo, si quie-  
scis, quiesce pro Deo, si pateris,  
patere pro Deo, si legis vel scri-  
bis, lege vel scribe pro Deo, si  
jejunas, si oras, si largiris Eleemo-  
synam, ora, jejuna, largire Ele-  
mosynam pro Deo ; & ut verbo  
dicam id, quod magnus Aposto-  
lus nos docet : sive manducatis,  
sive bibitis, sive aliud quid faci-  
atis, omnia in gloriam Dei facite:  
quod si facies, seminaveris in om-  
nibus momentis vita tua, preio-  
sum germen, quorum unumquodque  
proferet fructum immorta-  
lis gloria, quem metes in æterni-  
tate.

*1 Cor. 10.  
v. 3.2.*

Posthac enumera dñitias tuas,  
& vide, an illarum inire nume-

metum poteris, omnemque illa-  
rum comprehendere magnitudi-  
nem : habes in unico anno, quin-  
genta viginti quinque millia, non-  
genta & sexaginta momenta, que  
cum omnia impleantur semiac  
bonorum tuorum operum, sunt  
toidem coronæ æternæ, quas tibi  
producent ; siquidem dubitare  
non licet de secunditate alicujus  
momenti, cum Sacra Scriptura  
nobis assertat, unumquodque ope-  
rasi in nobis pondus æternæ glo-  
riæ ; quot igitur momenta, tot  
etiam numeranda sunt Coronæ.  
Quam stupenda divitiatum abun-  
dantia ! & tamen non nisi unius  
adhuc anni est mesis : quantas igio-  
tur habebis intra decem annos ?  
quantas intra quadraginta ? quan-  
tas intra quinquaginta vel sexagin-  
ta, vel plures adhuc annos, si ex-  
egeris hos in tertio Dei, exercens  
& amplectens veram devotionem ?  
an facile ad calculos hos poteris  
revocare.

Bene novi, non omnia mo-  
menta tua fore his plena, & mag-  
nam illarum partem mansuram  
hinc vacuam : Sed supponemus,  
te non seminasse, nisi dimidiata  
partem, supponamus non nisi  
quartam, non nisi semi-quartam  
partem ; subduc de his rationem,  
& vide, quam copiosam sis obtin-  
turus messis : dumque colligis è  
quotlibet momento fructum boni  
seminis, quod illud replesti, video-  
bis nec unicum ex illis fore, quod

sibi

tibi suum non impetratur thesau-  
rum, hicque thesaurus minor non  
erit; quam possessio Dei. Ecce  
quæ tandem futura sit divitiarum  
tuatum abundantia.

Tunc perspicias, quam beatus  
sis futurus ex eo, quod singula-  
rem fueris amplexus devotionem;  
videbis, & admiraberis id, quod  
non poteris comprehendere, vide-  
bis id, & cor tuum perfusum gaudi-  
non cessabit benedicere Deum, exsol-  
vere illi grates in omnē aeternitatē.  
Bene ominata momenta, inquier,  
quæ consecravi servitio Dei, non-  
nisi hæc numero, cetera enim  
omnia mihi sunt inutilia! Beata  
omnia tempora, quæ littata à me  
fuit: devotioni, omnia namque  
residua pro me, & quantum ad  
me, sunt perdita. Beati dies, in  
quibus devotus extiti, devotus JE-  
SU Christo, devotus Sanctissimæ  
Virginis ( hæc enim devotiones, si-  
veræ sunt, nunquam ab invicem  
separantur ) Eheu! si bene habui-  
sem exploratum, quod proprijs

meis modò perspicio oculis, nun-  
quam fecissem aliud cunctis mo-  
mentis vitæ meæ, quam JESU  
Christo, & Sanctissimæ Virginis  
devotionis offere opera; Siqui-  
dem luculenter video, id omne  
esse, quod bonam, quod profi-  
cum, quod pretiosum continet  
& possidet mundus; omne reli-  
quum non nisi est vanitas.

Tu igitur, mi Fratet, qui ulti-  
mas has lecturas lineas, credas  
id modò firmissimè, & ex nunc  
firmiter tecum statue, sed tam  
firmiter, quasi te voto obstrioge-  
res, futurum te deinceps, quoad  
vita tibi superstes erit ( mediante  
divinâ gratiâ, quæ nunquam tibi  
deerit ) devotissimum JESU Chri-  
sto, & Virginis Sanctissimæ. Di-  
mitto te cum bono hoc proposito  
& precor flexo poplite, & ex-  
ardentissimo affectu cordis mei:  
Deus Pater JESUS Christus, ama-  
bilissimus Salvator meus, Spi-  
rus Sanctus, & Sanctissima Vir-  
go confirmant id ipsum.

### Gratiarum acto & Conclusio totius hujus parvi operis.

**G**rates immortales exsolvo tibi,  
O Sanctissima Virgo, adoran-  
da Mater Dei mei, Salvatoris mei;  
Augustissima Regina Angelorum  
& hominum, suprema Domina  
omnium Creaturarum: Invoco,  
& omnium creatorum Entium, quæ  
universum incolunt orbem, im-

ploro opem, ut me adjuvent in  
reddendo tibi grates pro innume-  
ris beneficijs, quæ incomparabilis  
tua in me contulit bonitas, totius  
meæ decursu vite.

Sed inter alia pro honore, quo  
affecisti me, dum mea uti voluisti  
operâ, ex consilio quidem & hor-

11111. tatu.

R. P. Isaac, Consultat, Tom. III.

tatu plurimorum servorum tuorum, gloria tua exaltantium zelo, ad exarandum aliquid de tuis excellentijs. Obligatio mea non minus, quam mea inclinatio impellibant me quidem ad credendum illas; sed maxima mea inhabilitas retinebat me, metuque percolebat me tanti Majestas argumenti. Dicebam illis, moliri id non audeo, nec ita temerarius ero, ut accensere me velim numero tot tantorumque servorum Virginis Sanctissimæ, qui tam ample, tamque dignè scripserunt de illâ, quaque tam sublimi, tam altâ voce ipsius decantatunt laudes: Siquidem, eheu! Quis sim ego in comparatione eorum? Nonn si tenuis sum pulvisculus, cum magnis hisce montibus comparatus.

Verum sit respondebant mihi, te minus adhuc esse, quam dicas; sed propterea minimus pulvisculus non definit suum tenet locum & obire partem magistratus universitatis & quamvis sane ad nihilum accedit proxime, & sermè non plus sit illo, potitur tamen gloria, ut opus sit manuum Omnipotentis Creatoris mundi, non minus, quam cœli sunt & sidera; ne metuas, parvitatem tuam repellendam à Sanctissimâ Virgine: Erit potius appositum; illa, quæ novit, humilitatem suam sumimè profundam attraxisse supra se oculos Dei, ipsiusque ita demulcisse cor, ut obstrinxerit ipsum ad eligendum se in

Matrem suam, oblectabitur ex hoc, quod velut pulvisculus aspiciat te ad pedes suos; firmiter persisteat hanc incapacitatis tuae persuasione, credens, te nihil facere posse, quod dignum sit consideratione, pro ipsis obsequio; dum tot magna ingenia, tot animæ zelo succent, accumularunt ipsis thesauros laudum & gloriae; ne intermittas in paupertate tuâ inferte patrum denarium tuum thesauro immensarum, ipsis divitiatum; si is nil habeat valoris ex se ipso, valere quid poterit adjectus alijs; & saltem in magnâ hâc eorum, qui ipsam honorant, multitudine, id obibis muneras, quod pulvisculi granum in universo orbe.

Tandem igitur eessi, O Sanctissima Virgo, & ausus sum tibi dicere, quod Abraham dicebat Deo: Loquar ad Dominum, cum sim pulvis & cinis: Quantumvis non sim nisi pulvis & cinis, loquar ad supremam meam Dominam, quam honoro, quamque infinitâ ratione revereor post Deum; & quantum possibile mihi fuerit, glorificabo illam; & ideò ausus sum meos attollere oculos ad aspiciendum in faciem tuam, omni adnussum contentione cogitare de te, consideravi, indagavi, uti potui incomparabiles excellentias tuas; examinavi sacrae scripturæ oracula, quæ loquuntur de te, consului Sanctos Patres, aures dedi sacrae Theologiae, & potissimum converti me ad

ad te, rogans & oblectans te, ut me instrueres, & ipsam et inspicias mihi, quid dicere vel scribere me velles de excellentiis tuis. Accepisti, quod impetrasti dignata es mihi, non secundum amplitudinem ingentis Oceanus, quam effundi e fine tuo, sed secundum tenacitatem vasis illud recipiens, & parum quid exatavi de illis in parte hoc libro.

Sed fateor, & agnoscō, quod locutus sum tam abjecte de excellentiis tuis, & tua decantaverim elegia voce tam infirma, tam rauca, tanque dissonā, ut postulare a te veniam necesse fuī mihi, sicut & facio provocatus ad pedes tuos, & dejecta in terram facie. Non imitari vellum Mūsicū, cui cūm obtigisset honor cantandi in praesentiā Regis Iūi, is obseruans quod placuisse illi, per magnam experientiam ab eo remuneraret; sed Princeps mercedis loco hanc illi dedit verba: Satis habuisti coram me Cytharizando: Plus quam nimium accepisti a me primum, dum accommodari tibi aures, non dedigimus me tuā oblectare harmoniam. Niam profecto honor, ac nimia pro me fessitas est, o Augustissima Angelorum Regina, quod permisisti me tuas modulāri ländes in presentiā tuā; absit a me aliquam pretendere remunerationem, dum obligatum me agnoscō ad exsolvendum grates, & effigitandum veniam; plus quam nimiam mihi

factam crederem retributionem, si tibi placuisse, quidquam praestando, quod habuisses acceptum: Si exhaustissim omnes tum corporis, cum anima mea vires in tuo servitio, non exigērem magis pretiolam remunerationem, nisi isolatij, quod ratione quādam attrahissest tibi; ita plus quam nimio oblectarer, plus quam abundanter mihi crederem satisfactum, si hoc me afficeret favore, dicendo mihi: Audivi te, & placuisti mihi: Satis habuisti, coram me cytharizando.

O DEUS! Nōnne plusquam nimia sit remuneratione vermiculo terrae, potitura esse prærogativā, exarandi & evulgandi quidquam de excellentijs Matri Dei; postquam ipsa mihi jam obtinuerat favorem aliquid sc̄i bendi de excellentijs Dei Tri ni & Unius; sicut & de Excellentijs Filij ipsius Unigeniti JESU C̄Hristi, voluisse mihi quoque permettere, ut loquerer de Excellentiis suis proprijs, quanti id mihi estimandum? Sande non labor hic est, sed merces tam pretiosa, ut illa maiorem desiderare non possem in mundo.

Nōnne amplissima sit merces, o Mater Admirabilis, potitum esse consolationē, cogitandō de te, considerandō tuas Excellentias, sequendo te ubivis ab æternitate usque ad æternitatem, id est, ab instanti æterno tuę prædestinationis usque ad instantiæ æterni tuae glo-

Iiiiiii z. iijica.

rificationis; nunquam non aspi-  
ciendō te in diversis, quae confe-  
cisti in mundo, itineribus; inter  
duo extrema, quamvis verum sit,  
quod infirma mens mea non nisi  
ita à longe te fuerit secuta, ut vix  
strictim & ex transcursum te videre  
& consequenter nec minimam  
partem potuerim observare excell-  
entiarum & pulchritudinum tua-  
rum: Sic primus omnium agno-  
sco, id quod omnes videbunt opti-  
mè, id parum, quod circa illas de-  
lineavi, in hoc parvo opere, non  
esse ad summum nisi umbram um-  
bræ Archetypi, sive originalis. Sed  
quam imperfectum ac rude id esse  
possit, consolor, me in paupertate  
meā, nec quidquam ibi adesse,  
quod vel minimum à Catholicâ  
deflectat veritate; siquidem prote-  
ctor ad pedes JESU Christi Uni-  
geniti Filij tui, & ad tuos pro-  
lutos, quod si ex subreptione mihi  
vel unicum excedisset verbum  
non conforme fidei, aut Ecclesiæ  
Catholicæ Apostolico-Romanæ  
sensui, deletum & expunctum id  
esse volo.

Et nunc, ô Augustissima cœli  
terræque Regina, subsistendi tem-  
pus est, cùm meas intuear hic  
limites, eòquod amplius haud nô-  
rim, ubi te inquiram, postquam  
oculis & corde secutus te sum us-  
que in cœlum, cùm nihil sit supra  
hunc ultimum sublimationis tue  
terminum: Ecce te igitur in apo-  
gao gloria tue, & summo excel-

lentiarum tuarum collocatam ver-  
tice; ecce te positum à manu De-  
supta Thronum Regni sui æterni  
ut in æternum non amplius de-  
scendas ab illo: Omnes hic An-  
geli Beati, omnésque Sancti, qui  
sunt in gloriâ, videbunt te, admi-  
rabunt te, & laudabunt te in  
cuncta sæculorum sæcula: hic  
tandem in æternum tu purissimis  
& abundantissimis domus Dei  
fucris delicijs; ita in æternum. O  
solarium omnium animatum te  
amantium, téque omni prosequen-  
tium veneratio! Tu igitur tota  
affluis honoribus, gloriâ, delicijs  
in omnem æternitatem: Regnum  
tuum caret fine; & gaudium  
quoque nostrum catere illo debet  
in gaudii tui contemplatione.

Defino igitur hæc facere verba,  
meo silentio, melius te hono-  
rans quam meo eloquio; sem-  
per autem oculi aperti mihi  
erunt ad aspiciendum te, cum ma-  
ximâ cordis mei oblatione in  
Throno magnificentiarum tuarum:  
Nunquam non licitum mihi erit  
porrigere ad te manus, ad implor-  
andum auxilium tuum in cunctis  
necessitatibus meis, & exspectabo  
illud cum fiduciâ, plurimis edo-  
ctus experimentis, nunquam te  
mihi dedisse repulsam. Non in-  
termittam offerte tibi omnia desi-  
deria, omnésque gemitus animæ  
meæ, quibus efflagitem te, ur-  
geam te, importunè obsecrem  
te, per omnem amorem, quo

Uni-

Unigenitum tuum prosequeris Filium, amabilissimum Salvato-  
rem meum, & per pretiosum è vulneribus ipsius promanantem  
sanguinem, ut misero mihi esse  
velis refugium, fiducia, protec-  
tio in omnibus periculis vita-  
mæ, & potissimum in mortis  
mæ horâ, quæ verisimilitet lon-  
gè amplius non abest. Tandem

Sanctissima Virgo, modò tibi re-  
sero, & semper referabo cor me-  
um, roganste, ut illud possideas,  
illud dirigas, illud impleas cunctis  
bonis desiderijs, quæ magis tibi  
erunt accepta, quæque magis plae-  
cebunt Charissimo Filio tuo,

JESU Christo.

Amen.

¶ ( o ) 989

*Omnia ad majorem DEI, Virginisque absque  
labe conceptæ honorem & gloriam.*



lffff 3 IN-